CONCILIATIO

Bibliothecae PRIMA Secr.

CONTROVERSIARVM THEOLOGICARVM

10 201 34-8-E-12

Inter D. Thomam Aquinum, & Ægidium Columna Romanum S.R.E. Cardinalem.

In qua non minori ſolutionum varietate, quàm breuitate Controuerſantibus ſatis itur factum, & Recentiorũ conatibus occuritur.

Guilelmo Farinono Vicētino Auguſtiniano Sac. Theol. Magiſt. Auctore, nec non apud Patres Eremitanos Patauij Regente.

Coll. Romani

Ad Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſ. D.D.

SCIPIONEM BORGHESIVM

S. R. E. Cardinalem Ampliſsimum.

Soc. Iesu



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Patauij Typis Laurentij Paſquati. 1614. Sup. Permiſſu.

ILLVSTRISSIMO,
ET REVERENDISSIMO
D. D.
SCIPIONI BORGHESIO
S. R. E. Cardinali ampliſſ.mo
Patronoq; Colendiſſimo.

Frater Guilelmus Vicentinus Regens Fœlicitatem.

ILLE ipſe, qui ſex ab hinc annis Synodi Generalis occaſionem nactus, ex iniuncto Regentis munere Libellum quẽdam diſputationẽ Controuerſiarum Theologicarum inter D. Thomam Aquinũ, & Ægidium Columna Romanum S. R. E. Cardinalem emeritum continentem, Dominationi Tuæ Illuſtriſſimæ omni humilitate direxi, haud diſſimili ratione Romam aditurus

earundem difficultatum Conciliationẽ breuem Tibi vni ſummo Principi etiam num dicare conſtitui; nullam ob aliam certè cauſam, niſi vt quem iam ſemel Patronum elegeram, cuiq; aliquando (quæ Tua fuit humanitas) me totum addixeram, & inter minimos humilimum Seruum declaraueram, in omni vita vnà cũ Lucubrationibus meis addixiſſem, atq; perpetuò declaraſſem; Vt perinde mihi Te omni mentis deuotione ſolum orare ſuperſit, & orem, ne hanc animi mei in Dominationem tuam Illuſtriſſimam vmbratilem demõſtrationem ſpernas, quin potius nominis Tui ſplendore terrarum vbiq; ſummè diffuſo illuſtrando, Vitam ſpiritumq; donando promptè ſuſcipias. Quod ſi vt ſpero, & maximè confido (noui enim bonitatem tuam, noui ſapientiam, noui clementiam) me aſſecutum videro, & quę in præſentiarum, rudi methodo exaraui, pleniori forte, ac fæliciori ſtilo proſequi, & ijs maiora, ac difficiliora tentare vita ſuperſtite non verebor. Vale. Patauij Kalendis Maij 1614.

AD LECTOREM.

Præfatio.

EA hac noſtra tempeſtate apud minimè paucos ſtudioſos, & litteratos viros inoleuit opinio, vt cum Ægidius Romanus ex nobiliſſima & vbiq; terrarum illuſtriſſima Columniorum familia oriundus ob profundum ſingularem, candidumq; philoſophandi ſtilum cognomento Fundatiſſimus Auguſtinianæ Eremiticæ Religionis primus Magiſter, & Generalis olim emeritus, præ meritorum magnitudine, & vitę integritate, Bituricenſis Populi Archiepiſcopus creatus, & tandem S.R.E. Cardinalis Ampliſſimus D. Thomæ Aquinatis, & mirus Auditor fuerit, nullas cum ipſo, aut certè paucas, & futiles habuiſſe Controuerſias. Ita enim natura quodammodo comparatum videmus, vt vix ab eis dogmatibus, & doctrinæ ſeminarijs diſſentiamus, quibus aliquãdo & à teneris annis adhęſimus, & quem ſemel Auctorem habuimus, aliter ſentiendo repudiare queamus, quod ipſum in ingenij tarditate (ſtupore ne dixerim) laborantibus locum facilè cum habeat, minimè verò in perſpicaci intellectu præditis, quos potiùs in Præceptorum ſuorum oppugnatione, & confutatione multos eſſe experimento comprobamus, vt de Ariſtotele in Platonem, & de maxima Scriptorum parte præſertim Recentiorum lucidiſſimum eſt, quibus nil durius, aut tetrius, quàm in verba Magi-

puis noſtræ Reipublicæ Gymnaſiis (an cũ Diſcipulorum profectu viderint ipſi) Maiorum imperio, & fauorabili vocatione exercui, multas inter præfatos Auctores, & Logicas, & Phiſicas, maximè verò Theologicas Controuerſias, vel obſcitanter offendi, nam & ſi Ægidius D. Tho: doctrinam, & auctoritatẽ (vt par eſt) plurimi ſemper fecerit, vt qui eũ vel in confutatione Magnum appellẽt, libertate tamen ediſſerendi (quæ virum inſignem, & doctum decet) ductus, in multis cùm Aſſertis, tùm Fundamentis ab eo declinauit, quamuis alioqui totam Angelici eo ipſo Auctore doctrinę fabricam ab Oppoſitoribus maleuolis (vt fertur Pariſinis) in libello illo aureo, quem Defenſorium, ſeu Correctorium inſcripſit, egregiè, doctè, & inculpatè ante omnes tutatus ſit; Quod ſanè opus, qui veritatis amor, quod obſequium Sanctiſſimo Doctori, quin extiterit gratiſſimum, non eſt cur ambigem, at potiùs cur multis alijs inuiſum vehementer fuerit admirer, & obſtupeam. Et quoniam vtriusq; Claſſici doctrina sũmopere ſemper mihi probata eſt, vt quæ realis (vt dicitur) atq; adeo regia, & à ſophiſmatibus immunis cõmuniter reputetur, prętermiſſis Logicis, & Philoſophicis diſceptationibus tanquam minus grauibus quantũ perbreue otium licuit prefatorum Concordiæ ſtudere, præſentem Lucubrationem typis imprimere, & euulgare Generalis Capituli occaſionem nactus cui ex iniuncto Moderatoris officio intereſſe adſtringor, & quaſi inuictus trahor, mihi viſum eſt. Quam rudi ſtilo indigeſtamq; contexi & expoſui, tùm ut Auguſtinenſibus

ſtudioſis

principijs (qui ſane in magno ſunt numero) eam perficiendi, vel maiora aggrediendi anſam prçberem, tùm vt exiſtimationem eam falſam eſſe lyppis & tonſoribus (vt aiunt) compertum foret. In hac verò ſcribendi methodo diſtinctiones iuſtificare, & aſſumpta comprobare non ſemper fui ſollicitus, ſed potius tanquam notas aßumere, quoniam cùm perfectis potiſſimũ mihi diſceptatio eſt, qui diſtinctionum aſſumptarum qualitatem ignorare non poſſunt, & in perſe notis non eſt cur multum inſudemus: Neq; inſuper mihi curæ fuit, vt quam attuliſſem reſponſionem grammaticaliter (vt multi faciunt an fructuosè neſcio) ex Controuerſantibus deprõpſiſſem (præter ex proprijs allata) quandoquidem ad quçſiti diſſolutionem aliorum quoq; & Veterum & Recentiorum ſcolaſticorum reſponſis diſtinctionibus & vigilijs, vti mihi ſatis fuit, cum in animo ſolum fuerit Controuerſias de medio tollere, & (quo ad eius fieri poteſt) ad concordiã opportunè vocare, ſiue ex eiuſdẽ Scolç farina, ſiue ex extero doctrinæ ęrario, vt perſe optimus quisq; ac literatus Vir, (ſi ad quem meus hic Libellus peruenerit) haurire poterit. Vſus præterea ſum in reſolutione ſumma breuitate ac fortaſse obſcuritate, ne dum quia temporis occaſioq; arrepta ſic exigebat, ſed etiam quia magnum mole opus aliorum ſcripta colligendo, inſerendo atq; (ut multi noſtri temporis faciunt) ſæpè ſępius eadem inutiliter, & prolixiùs notando, & repetendo moliri, non tantum curaui, verum enim verò ab huiuſmodi ſcribendi genere, uehementer ſemper abhorrui; cum ſit Ars longa, uita breuis, & quid afferatur noui, & ultra aliorum ſpeculationem, conatus, & laborem in operibus nuper in lucem

cem

cem emiſsis attenuatur, in tritis tempus conterere, uolumina ampliare, aut compilare Virum ingenuitate, ac uirtute inſignitum pudere debet, aut ſaltem ab antedictis uigiliis, quę Lectorem nimium deſatigent, & laſſent deterrere. Quare is mihi dum taxat ſcopus fuit, hęc in pręſenti opuſculo mens, ut utriq; Quæſtionis parti fundamentariè, reſolutè pariter, & copiosè diſtinguendo ſatis irem factum, idq; pro loci temporis & occaſionis oportunitate, quæ mihi ea omninò fuit, ut ſi quid boni in hoc cernitur, Deo, Intemeratę Virgini, Diuo Patri Auguſtino, Catharinę, Nicolao, & Guilelmo acceptum ſit referendum, & referatur.

EXASTICON.

ECquis tot potuit pugnantia dogmata certo
Fœdere tantorum conciliare Patrum?
Quis nam, quæ ancipites torquebant undiq; mentes
Reddidit æſtiua ſplendidiora die?
Id plures uoluiſſe quidem Guilelme fatemur,
Id potuiße tamen gloria ſola tua eſt.

Alexander Alexandrinus S.T.D.

De Genere Theologico.

CONTROVERSIA PRIMA.

Diuus Thomas 1.p.q.1.ar.2. de Genere Theologico ediſſerens, illud in ſcientiarum ambitu iuxtà quorundam ſententiã, & ſecundùm propriam ſcientiæ appellationem contineri conſtituit, nã ſaltem in ſuperiori ſcientia euidentiam habet.

Aegidius in prologo 1. ſent.q.1. habitum Theologicum magis ſapientiam, quam ſcientiam, & talem quoad obiectum ſecundarium, non primum Deum dici amat.

CONCILIATIO.

PVto D.Thomæ ſententiam in ampliori ſcientiæ ſignificatione, non in rigoroſa, & anguſtiori ſumendam, videlicet pro habitu certitudinem, & euidentiam habente, quæ Ariſtotelis finitio habetur, ſiquidem Theologiæ principia viatorum ſunt articuli Fidei, ac perinde ineuidẽtia, à quibus concluſionis infallibilitas, & perſpicuitas ſumitur (ſi verum eſt nos credere cõcluſionibus deductis propter principia) propterea Auctor ſanctus Theologiã non abſolutè ſcientiã, ſed de genere ſubalternorum dicit, vt innueret in ampliori ſignificatione eſſe talem, nã ſubalternæ ab aliquali præfinitæ ſciẽtiæ rigore deuiant, quod ipsũ de ver. 14.ar.9.& tertio d.33.q.1.ar.2.inſinuauit. Quare cũ Theologia careat euidentia, quæ eſt ſcientiæ conditio eſſentialis, neque ſuas concluſiones in principia per ſe nota, aut naturaliter immediatè euidentia reducere valeat, impropriè ſolum ſcientia nuncupari debet, & ſic nulla eſt controuerſia; ſed eſto cum quibuſdam in anguſtiori ſignificatione ſit loquutus, ſubiungimus aliàs hac de re reſolutiones. Theologia ſecundùm ſe accepta eſt proprie ſcientia, quia apta nata habere, vel ſuorum principiorum parere euidentiam intellectui proportionato, non ex euentu, & inſubiecto tali puta, viatore, ob aſſignatam rationem, & luminis obſcuritatem Scotus. Rursùs eſt ſcientia non abſolutè ſed prò ſubiecti qualitate, ſicuti Politica rudiori ſerie contexta. Argent. Quidam dicunt eſſe ſcientiam conſe-

queſolutiones duę ex ſupra poſito fundamento ſtatim corruunt. Dicet quis, ex præfacta ratione ſolum haberi Theologiam non eſſe ſcientiam per demoſtrationem, non quod abſolutè ſcientia non ſit. Reſpondeo ex hoc ſequi non eſſe propriè ſcientiam, de quo eſt controuerſia. Dicent. Ariſt. Auctore ſatis eſt habere principiorum vel ſcientiam, vel aliquod melius ſcientia, Theologia habet lumen fidei, igitur propriè ſcientia erit Ban. Reſpondeo lumen Theologicum obſcurum parere oppoſitum euidentiæ. 2.° Philoſophum primi Poſt. cap. 2. particula melius ſcientia expoſitione D. Tho. intellexiſſe intellectum principiorum ad rem non facientem.

De ſubalternatione Theologica.

CONTROVERSIA SECVNDA.

D. Th. 1. p. q. 1. citato articulo ſecundùm aliquos putat non minus propriè Theologiam noſtram Dei, & Beatorum eſſe ſubalternam, quàm Geometriæ Perſpectiuam, cuius munus eſt à ſuperiori principia tanquam ibi per ſe nota, ſibi credita accipere.

Aegid. q. citata ar. 2. proportione quadam Theologicam ſubalternationem dimetitur, ei ſiquidem conditiones aliquæ à Philoſopho aſſignatæ deficiunt, præſertim quod ſubalternans in eodem ſciente dicat propter quid, ideo Iuniores quidam falsò oppoſitam ſententiam ei adſcribunt Vaſquez.

CONCILIATIO.

SI verũ eſt, quod ſupra aſſertũ, Theologiam videlicet ſolum latius ſcientiam eſſe, hoc ipſum de ſubalternatione omni nõ concedendum erit, idcirco non deſunt, qui dicant Doctorem Sanctum minimè præsſiùs Theologicam ſubalternationem tradidiſſe cum præſertim conditionem vnicam licet præcipuam ſcientiarum ſub alternarum aſſignaſſe viſus ſit, ſumptionem ſcilicet principiorum euidentium in ſuperiori ſcientia.

Hoc

Hoc attamen dimiſſo, diſtinctione vtendum cenſuimus, Theologia viatorum eſt propriè ſubalternata ſcientiæ, Beatorum, & Dei ſecundùm formam, non ſecundùm materiam, & ſubiectũ, illud ſiquidem, quia ab eis ſua ſumit principia, quæ in ſuperiori ſcientia ſunt euidentia, hoc verò quoniam ſubiectum, Deus, vt res eſt, non ita ab illis pendet, niſi fortè vt adæquatò obiectũ. Hinc Theologiam non de rigore ſubalterno, propterea quod eius principia ſunt ſibi credita, cum impoſſibilitate viatori ſuperiorem habitum habendi, vt euidentia oriatur principiorum, quæ etiam in ſubalternata ſenſu, & experientia conſpicua eſſe debent, vti ſunt Perſpectiuæ ergà Geometram. Deffenditur tamen pars oppoſita quoniam Theologiæ principia vt iſtarũ ſub ſenſum cadere non valent, ideo hoc non obſtante ſub reuelatione talis eſſe poteſt.

De vnitate Theologica.

CONTROVERSIA TERTIA.

D. *Tho. 1. ſent. q. 2. ar. 3, & 1. p. q. 1. ar. 3. Theologicam vnitatem partim ex diuini luminis vnitate, partim ex formalis obiecti diuinæ reuelationis haurit.*

Aegid. in Prologo q. 3. hoc ipſum non ex lumine vno, ſed ex obiecto Deo formali, & habitus eminentia cuncta vnica ratione complectentis deſumit, alioquin naturales ex lumine vno in habitum vnum coaleſcerent.

CONCILIATIO.

DOctor Sanctus in aſſignanda Theologicà vnitate rationẽ ſub qua formalem: Fundamentarius rationem, quę reſpexiſſe viſus eſt: prętereà de lumine diſtinguendum eſt, ſi nãq; ſumatur vt lumen tantùm & in genere cauſæ efficientis, vel infundentis rationem conſtituere formalem, & vnitatem ſcientiæ efficere impotens eſt; ſi autem in genere cauſæ formalis, & vt obiectum, ſic ab eo Theologia vnitatem contrahere valet, & de facto contrahit; ideo ſub diuina reuelatione cuncta clau-

bitus ſcientifici conſtitutiuam . & illa dicitur ſcientia vna,quæ eſt vnius generis ſubiecti ex vtraq; ratione conflati formali.

De neceſsitate Theologica.

CONTROVERSIA QVARTA.

D. *Tho. 1.p.q.1. ar. 1. Theologicam neceſsitatem, tùm ex vſu ad naturales ſcientias ab erroribus purgandas, tum ex finis vltimi conſecutione declarat.*

Aegid. in Prologo q.4.alia via inceſsit ad hanc neceſsitatem deducendam, fine enim vſuq; poſt habito ex varijs eſſentialibus obiectiuis conſiderandi modis ipſam piſcatus eſt, ſuperiorq; ratio accidentalis ſibi viſa eſt, quam aſsignat per ſe.

CONCILIATIO.

DIſtinguenda eſt vox neceſſarium abſolutè de habitu loquendo, & præſertim de reuelatis, non de naturali lumine notis, ad quæ cognoſcenda ſaltim ſecundum quid eſt Theologia neceſſaria, ſi namq; vſurpetur prò eo, quod ſuper vacaneum non eſt, & non redundat ſenſſus Aſſerentis ſecundi emergit, ſic etenim Theologia dicitur ex re, & modo conſiderandi neceſſaria, hoc eſt non ſuperuacanea, cum ratio eius formalis cum modis aliarum ſcientiarum non coincidat, vt puta quæ tranſcédentalis eſt, & in naturalium confinibus minimè clauſa; ſi verò accomodatè ad finis conſecutionem, & cæterarum ſcientiarum purgationem, ille eſt ſenſus Proferentis primi: vnde hic Theologiç comparandum finem, ille ſubiectum ſpectauit. Placet ſecundò dicere Doctorem Sanctum Theologiam in vſu poſitam accepiſſe; Fundamentarium ſecundùm ſe, & vt docentem ſumpſiſse, ex quibus ſic neceſſaria dicitur. Videndus eſt D. Tho. ad ſecundum argumentum de ratione formali loquens. Hinc ſcientiarum qualitas non ex vſu, ſed ex earum abſoluta conditione ſumenda eſt, vt nobis riſū excitent Zab., qui Logicam primo negent eſſe propriè ſcientiam, mox dicant illam

eſſe

eſſe talem, vt in vſu poſitam, nam habitus in proprijs confinibus non in alienis, & ex ſubiecto proprio non ex alieno, & vſu dimetiendus venit & inſtrumentum eſt eò magis tale quando eſt in operatione poſitum vel ſpiritaliter ſumptum, cum inſtrumenta propter alia, & propter operationē edendam ſint conflata.

De Denominatione Theologica.

CONTROVERSIA QVINTA.

D. Tho. 1. p. q. 1. ar. 4. habitum Theologicum, ne dum practici, ſed etiam immò, & magis ſpeculatiui ex fine, cuius eſt ſcire rationem habere, perſuadere conatur.

Aegid. in Prologo q. vltima practici, & ſpeculatiui formalitatibus ex parte admiſsis tertium genus affectiui ſectatus eſt, ad affectum enim, & dilectionem finem omnium poſtremum Theologia hominem dirigit viatorem, comprahenſoremq; ſiſtit.

CONCILIATIO.

PHiloſophi hanc tertiam ſciẽtiarum nomenclaturam intrà ſuos cancellos tanquam chimericam admittere ægrè ferunt: nos verò illam in ſupernaturalibus admitere neceſſarium ducimus tantum ab eſt, vt vereamur. Quam obrem ex interno, & improprijs limitibus piſcato fine, ratione adiſcentis eſſe de genere inſpectricium numcupandam ducimus, nam Theologia relatè ad Deũ obiectũ primũ habitũ cõſtituens adiſcendi potius, quã operãdi gratia eſt. Cæterũ ex externo dimetita fine, & ſecundùm extrinſecã denominationem in opinione præſertim Doctoris noſtri, quod fælicitas æterna in voluntatis operatione finaliter conſiſtat, Theologica facultas affectiua apprimè dicenda eſt, eò magis quod ex præfata contemplatione amor Dei, & meritorius ad generari valet. Ingenuè inſuper philoſophando illam de genere diſciplinarum mixtarum ſimpliciter affeueraremus, ac perinde partim operatricem, partim inſpectricem; & tandem dilectricem nuncuparemus, diuerſorum.

declaratam eſſe quidem contemplatricium de genere, directiuè tamen, & effectiuè affectiuarum, nam ad Charitatem, & affectum ſpecialem dirigit; ſiquis verò tertiò diſtingueret, alium eſſe artis, & diſciplinæ finem, alium Artificis adiſcentis, & vtentis, qua ratione dilectio præfactorum meritoria Theologiæ finis eſſet, vera (vt remur) pronuntiaret. Dilectionem meritoriam praxim eſſe noſtri concedere formidant, quia à nobis integraliter non fit. Nos autem illud fateri, & tanquam verum amplecti non dubitaremus, & ſi non vniuocè, neq; firmum putamus illatum, Non eſt praxis naturalis, igitur non eſt praxis; ſicut neq; hoc. Non eſt animal rationale, igitur non eſt animal à negatione ſpeciei ad generis interemptionem.

Hinc Theologia eſt de genere in ſpectricium, operatricium, affectiuarum ex finis diuerſitate, vel eſt mixta præfatas omnes appellationes abſorbens.

De Theologico ſubiecto.

CONTROVERSIA SEXTA.

D. *Tho. 1. ſent. q. 1. prologi ar. 4. ens diuinum per inſpirationem ſcibile, & 1. p. q. 1. ar. 7. Deum pro Theologico ſubiecto aſsignat, ad quem omnia alia in ſcientia conſiderata reducuntur.*

Aegid. 1. ſent. q. 3. prologi, quol. 3. q. 2. & q. magna de Theologia ſubiecto neutram ſententiam probat, tum quia omnia per inſpirationem ſciri poſſent, & ſubiectiuam rationem habere, tum quia deſideratur partis formalis ſpecialis aſsignatio, ob cuius defectum ad ſcientiam diuinam ſimpliciter infinitam tranſitum facimus, propterea dicendum plenius, Deum ſub ratione Glorificatoris, aut Reſtauratoris ſubiectum ſterni, ſic enim, & formalis, & ſpecialis finita, nō abiſſalis, & illimitata ratio affertur, difficultatem omnem ſubminiſtrans.

Con-

PRætermittimus eruditos Thomiſtas Auctorem cum ſe ipſo conciliantes, dicendo Diuum Thomam ſententiam mutaſſe, aut ſaltim in primo de adæquato, in Summa verò de partiali preſtantiori ſubiecto ediſſeruiſſe cũ de attributionis Sermo ſit, nam cum Reuelatio, vel inſpirabilitas obiecto præbeat modum, ens per inſpirationem ſcibile ad Deum ſubſtratum redigere, aut etiam modificare valet, ideo reſolutioni ſtudentes, dicimus, rationum ſubiectis, aut ſcientijs formam elargientium, alias eſſe reſpectiuas, alias abſolutas: & rurſus abſolutas, alias finitas, alias infinitas, & illimitatas, proprias, vel communes, attributales, nunc dicimus ſubiectum Theologicum viatorum eſſe Deum ſub ratione abſoluta, limitata, propria, non attributali, neq; tranſcendentali; ſub abſoluta contradiſtincta à reſpectiua Creatoris ad extra, generantis, aut ſpirantis ad intra, quæ (vt par eſt) ſubiectum fundare non valet, limitata contradiſtincta ab illimitata, & ſecundùm rationem omnem diffuſa, vt à ſcientia Dei ſimplicirer infinita fiat diſtinctio, & ad intellectum noſtrum hebetem & finitum conſentanea habitudo, qui ſolum vel infinita finitè capere valet, quam ſanè limitationem, & ad potentiam noſtra intellectiuam proportionem, reuelatio diuina, aut glorificatio, reſtauratione efficit: propria per excluſionem rationum communiũ, vel naturam diuinam circumcernentium, quo pacto bonitas, ſapientia, entitas, & conſimilia, prædicata à ſubſtracti Dei ratione formali longè arceantur, vt potèque Deitati ſint adiacentia, ac perinde rationem ſubiectalem minimè fundantia. Quare Deus vt Deus, ſub ratione abſoluta, non reſpectiua, limitata tamen, & propria, ſubiectum dici debet, ex quo vtriuſq; Doctoris mens vna hac de re colligi poteſt, nam diſtingunt abſolutum à reſpectiuo ſupponens finitè, & propriè; ex quo aduerſariorum rationes ſoluuntur omnes, ſcientiam hanc per abſolutam rationem ſcientiæ Dei fore çquandam, cuius ratio eſt abſoluta quidem, ſed maximè illimitata, & ſimpliciter diffuſa. Adijcimus ſecundo, geminam eſſe rationem obiectiuam

tio, nam ſub reuelatione clauditur, illa eſt ipſa Deitas eius interuentu ab intellectu noſtro attingibilis, itaq; admittimus rationem obiectiuam, Quę, & ex parte ſcibilis infinitam eſſe, rationem verò, ſubQua, & ex parte ſcientis finitam aſſerimus, quæ ſubſtratum Deum ſecuudùm ſe infinitum reſtringit,& captui noſtro ſuauiter accomodat. Ab hac ſententia, nō recedit Sco: formale ſubiectum hanc eſſentiam conſtituens inter omnia prædicata diuina præſtantiſſimam, propriam, & omnium primam; propterea inter præfactos Auctores apprimè intellectos diſſentio nulla dere, niſi fortè de nomine eſſe poteſt: quoniam quam exoptauerat Ægid. limitationem ſpecialem, rationem hanc infinitam perſtringentem ſubiectiuam, ſub ratione Glorificatoris aut quacunq; alia (nam vt patet in propria queſt. dummodo ſit ratio ſpecialis contrahens, quę nam ſit illa, aut quomodo vocetur, non curat)eam ſponte adhibuit ar. 3. D.Tho. de ratione formali, ſub qua, ſubiectum, circa quod cointegrante ediſſerens reuelationemq; diuinam in medium proferens; ideo lumen increatum, & creatum ſub obſcurum, & clarum triplicem ſcientiæ condictionem conſtituit, Dei propriam, Comprehenſorum, & viatorum, quò loci à ſententia illorum recedimus, qui Deum Glorificatorem ſubiectum ſecundùm rationem reſpectiuam, & attributalem ſumpſerunt partim, quia Theologia eſt ſcientia realis; vndè nullæ ſunt aduerſus hoc rationes Bacconitani, & aliorum conficientium ſub illa appellatione Theologiam eſſe rationis ſcientiam, cuius talis erat reſpectus ille ad extrà acceptus, partim quia Doctor quol. 3. q. 2. habet ſe ſumere glorificationem prò eo, quod nos formaliter glorificat, quod ſanè non eſt aliud, quam Deitas ad rationem obiectiuam ad intellectum noſtrum ſub illa appellatione contracta ex iuſta proportione.

De

CONTROVERSIA SETTIMA.

D. Th.4.cont.Gent.c.24. Spiritum Sanctum à Filio procedere debere neceſsarium ducit, alioquin ab eo minimè perſonaliter diſtingueretur, cum namq; emanationum principia inter ſe ſola ratione ſecernantur, principiata ab ea præciſè emanata re ipſa diſtingui relatiuè nequeunt.

Aegid. 1.d.11.q.1.allatam rationem improbat, quandoquidem non eſt ponenda tanta diſtinctio in principijs, quanta in principiatis, quò circà eſto principia ſola ratione diſtinguantur, principiata perſonaliter diſtingui valerent.

CONCILIATIO.

DE concluſione eſt conſenſio, de ratione probationis diſſenſio, quam tollimus, tùm quia non illa tantum ratio ex opinione D. Thomæ, quam reppetit primo d. 11.q.1.13.q.2. ſed quam ibi 1.p.q.36.ar.2.habet, ſpectanda eſt, videlicet, quia filius hyppoteſi data, & Spiritus Sanctus eſſent vna perſona, cum neq; relationibus originis, neq; per abſoluta re diſtingui poſſint, tùm quia Ægid. erat in loco purè argumentatiuo, nam eadem d.q.3.ad primum, rationem illam, & rationis diſtinctionem inter diuerſum modum procedendi per intellectum, & voluntatem eſſe inſufficientem in his, quæ ſecundùm naturam ratione principij, & principiati, (vt ſunt diuinę perſonæ) non differunt, ad Perſonalem diſtinctionem inferendam appertè reſpondet: vnde quando dicebatur, non eſſe requirendam tantam diſtinctionem in principijs, quantam imprincipiatis, & ipſe arguebat pulchritudinem, & ſapientiam creaturæ non debere ſola ratione diſtingui, quia in Deo ſic tantum diſtinguantur tanquam principiata, patet ſolutio cum diuerſitate naturæ (quæ inter creatorem, & creaturam eſt maxima) quare in creatis poteſt ex ſola rationis diſtinctione realis inferri, non in diuinis, ideo Spiritus Sanctus ſi per voluntatem Patris præciſè procedere concederetur à filio, vt ab eo perſonaliter diſtinctus

relationis oppoſitio. Quod ſi in interrogatione ...

ćto ab aduerſarijs ſuſcipiat interpretationem, non de poſſibili, iuxtà currentem ſuſceptæ quæſtionis ſenſum ; & quamuis filiatio formale principium filij realiter diſtinguat, ſolum tamen id preſtat in relatione ad oppoſitam perſonam, in cæteris diſparatè ſiũ rationem, vel non vt relatio, ſed vt res, quouis alio modo. Quò circa de ſententia ſcripturarum, niſi formaliter, deductiuè ſaltim Spiritus Sanćtus à Patre, filioq; procedit. Quod ipſum Patres Greci, vel inuiti, aut certe non intelligentes, Spiritum Sanćtum Spiritum Filij, non ex filio vocando, & confitendo ore rotundo protulerunt: præterquam quod, inſignis eſt illa ſolutio, omnia de filio intelligenda fore, quæ de Patre pronunciantur, dum modo inter eos oppoſitio originis, aut relatiua nón intercedat, & propterea dum in Sacra Scriptura aſſeritur emanatio Spiritus Sanćti à Patre, à filio quoq; intelligenda eſt, cui virtutem ſpiratiuam, in qua ei non contrauenit Pater eſſentiam comunicando, non infæcundam pariter comuni caſſe ſanè intelligimus quæ fuit controuerſantium.

De Euidentia Dei.

CONTROVERSIA OTTAVA.

D. *Tho: 1. p. q. 2. ar. 1. propoſitionem hanc, Deus eſt, animo verſans, illam eſſe ſecundùm ſe, per ſe notam pronunciat, quoad nos negat, quia quid Deus ſit propriè, & diſtinctè ignoramus.*

Aegid. 1. d. 3. q. 2. Præfatam propoſitionem etiam quoad nos, non omnes, ſed ſapientes euidentem proclamat, ne dùm quia prædicatum eſt de ratione ſubiecti, verùm etiam quia terminis perceptis à nemine ſapiente directè negari poteſt. Ideò æquiuocationem à quid rei ad quid nominis in ratione illa committi aſſerit.

CONCILIATIO.

QVæ in fundamento quæſt. argumentorumq; ſolutione Doćtor Sanćtus habet, æqua lance, ſi quis perpenderit, in

eam

eam facilè mecum ſententiam deducetur; vt dicat, eum vera dixiſſe de cognitione diſtincta, & Dei propria, qua ratione Deũ eſſe captum noſtrum eccedit, quæ nihilo ſecius hic neceſſaria non eſt, ſed confuſa ſufficit, & rudis Dei apprehenſio; nam Incorporalia in loco non eſſe ſola nominali, & craſſa cognitione ſapientibus per ſe eſt notum, & pariter, omne totum eſſe ſua parte maius; ex quo (quicquid dicant Caetanus, Banne, & alij,) propoſitio tàm affirmatiua, quam negatiua, cognitione confuſa eſt per ſe nota, ac perinde illa Deus eſt, licet ſit particularis; vera quoq; Columnam de cognitione rudi nominis, ac confuſa, qua primum ens, & numen aliquod dari magiſtra natura intelligimus; tametſi quomodo ille Deus, & qualiter perſonaliter ſe habeat naturaliter ignoremus, hoc .n. prò queſt. ſolutione minimè eſt cognitu neceſſarium, Recentiores quoq; (vt Vaſquez, & ſi qui ſunt alij) propoſitionem illam quoad nos per ſe notam eſſe negantes, ex eo quod nomen Dei ad creaturas relationem defert, & mundi fabrica hoc ipſum demonſtrat, nihil conficiunt, nam ad tolendam propoſitionem per ſe notam non eſt ſatis relatio, cum diſcurſu muto, aut virtuali, qualis eſt præaſumptus, ſed requiritur medium, & raciocinatio formalis, qualis hac in re non conſpicitur. Confirmatur hoc quandoquidem totum, & pars relationem dicunt, & tamen non faciunt quominus propoſitio aliqua per ſe nota, vel omnibus dici poſſit, quemadmodum in Magiſtrali illa clarè cernitur, Omne totum eſt maius ſua parte; quibus addi poſſet, propoſitionem illam per ſe notam dici, non quia ſubtrahatur oſtenſionis omnis poſſibilitas ſed potiùs quia alterius notificatione non indigeat, quemamodum præſertim apud Alphonſum ex noſtris clarè videre eſt; propter quæ propoſitionem illam, Deum eſſe negantes indirectè ſe habuerunt, quid nomine Dei, importaretur minimè intelligentes, cuius eſt conditio ſine qua non, terminorum perceptio; vel etiam quia Deum eſſe non in ſe, ſed quantum ad prouidentię munus ierunt inficias vnà cum inſipiente, qui Ateiſticum dogma ſe pronunciare aduertens, non eſt auſus ore profere blaphemiam, ſed in corde dumtaxàt concipere, ideo Dixit in corde ſuo, non eſt Deus;

A 2 Quod

monſtrari ſcilicet in ea parte, in qua non eſt per ſe notum, ea autem eſt quo ad nos, non ſecundum ſe; sm̃ Ægidium pariter quoad omnes, in qua parte non eſt per ſe notum, & in hoc conuenit cum ſuperiori reſponſo; & quoniam propoſitioni per ſe noſtræ non obſtat declaratio terminorum,fit vt dicat demonſtrationem Deificam ſuper rationem nominis,&eorundem ſignificatũ cadere, aut ſaltim ſuper prædicata Dei communia (ſubiungerem) non propria,& adæquata,quo in ſenſu ſuſcipiendæ ſunt rationes ab Ariſtotele prò Dei oſtenſione factę. Tandem inſtant non nulli cum Argentina, contradictionem inuoluit dicere, propoſitionem per ſe notam, at sm̃ ſe, nam ſi eſt nota, noſcenti illam cum ſibi ipſi non poſſit, nota erit.Præterea D. Tho.nouit hanc eſſe talis naturæ, alioquin quod non nouiſſet aſſeruiſſet igitur dum aſſeruit eam per ſe, non quoad nos notam, illi patuit notificatio, igitur etiam quoad ſapientes talis dicenda venit. Præter allata,ſolum libet reſpondere, propoſitionem per ſe notam dici, non per reſpectum notitię actualem ad noſcentem, ſed fundamentalem potiùs. Inſuper ea dicitur nota ſecundum ſe,hoc eſt ſu aptè natura, quià maximè cognoſcibilis eſt,& à viris doctis actu quoq;(vt ſuprà relatum) cognoſci valet. vndè diſtinctio illa,quod aliqua ſint nota naturæ(,melius dicitur,natura) alia nota nobis Ariſt. auctore promulgata eſt,non quod natura cognoſcat, vt natura, ſed quia ſubſtrata cognoſcibilitas, in tali locutione denotatur.

De Filij Conſubſtantialitate.

CONTROVERSIA NONA.

D.*Th.* 1.*d.*5.*q.*2.*ar.*1. (*Affirmatione quorundam pariter, & alio rum negatione,*) *Aeterni Patris Filium de eiusdem ſubſtantia ita eſſe reuera affirmat,vt (D E) non ſolum ex origine conſubſtantialitatem denotet, ſed etiam materiæ rationem remotis imperfectionibus redoleat, manet equidem diuina eſſentia in genito, per quam*

Aegid. 1. d. 5. q. 1. Materia ſimilitudinem, vel vmbraticam in generatione ſempiterni Filij ob eius imperfectionem, & multiplicis particula (DE) ſignificationes inficiatur.

CONCILIATIO.

DIuina eſſentia materiæ rationem ſubire ſi propriè ſumatur non poteſt, ſecus ſi ſecundùm ſimilitudinem, & adaptationem quamdam, illud quia diuina eſſentia actualiſſima eſt, materia ſecundum ſe pura potentia formarum ſuſceptiua, ac perfectibilis; hoc verò quià exiſtit in re genita: vel ſecundò quo ad conceptus ſibi proprios nega, vel communes quatenus ſecũdùm rationem genito præintelligitur, eidemq; inexiſtit quod concede. Tertio poteſt materiæ conditionem redolere non ratione filij, cui vt materia inſit producti, at ratione productionis, cui diuina eſſentia præexigitur. Quarto non tanquam ex qua filius, verùm tanquam in qua proprietates.

De Principio Spirationis Spiritus S.

CONTROVERSIA DECIMA.

D. *Tho. 1. p. q. 36. ar. 4. 1. d. 11. q. 1. ar. 2. Patrem, & Filium Spiritum Sanctum in quantùm plures ſpirare cenſet, quia procedit in quantum eſt amor vnitiuus duorum.*

Aegid. 1. d. 11. q. 1. vt vnum ſpirare ex virtute reduplicatiuæ cum prædicato ſe tenentis ſibi facilè perſuadet.

CONCILIATIO.

QVæ vterq; Doctor habet, ſi quis inſpexerit, difficultatem omnem facilè tollet, dicendo, ſi in quantùm dicat agentem, aut ſuppoſitaliter ſe habeat, reduplicatiua, (quod fieri poteſt) & ex parte ſubiecti ſe teneat, ſpirare in quantùm plures; vt vnum ſi dixerit principium actionis, aut rationem agendi, ſeù reduplicatiua penès prædicatum hæreat.

De

D. *Tho. 1. p. q. 41. ar. 6. Generandi potentiam Filio ineſſe ſub paſſiua gerundiui ſignificatione, qua ipſe gignitur aſſeuerat, non actiua qua generat.*

Aegid. 1. d. 7. q. 2. Hoc pronunciatum tanquam impropriè illatum cenſurat, ac ſi quis diceret, lapis habet potentiam videndi, quia habet per quam videatur, ac propterea cum oppoſito reſpectu locando, & ſecundum diuerſam rationem in eadem identitate tranſit.

CONCILIATIO.

Filio cum inſit eſſentia à Patre per Identitatem comunicata, quam conſequitur connaturaliter potentia, hanc eamdem ad generationem pertinentem prò fundamento ineſſe dicimus, non verò ſecundùm formam, cum ad generandum relatione, quę dubio procul ipſi Patri tanquam principio non de principio alio eſt propria, vnde illatio ſi fortaſſe ſupra poſita quoad modum ſignificandi fallax videri poſſet, non tamen quoad rem ſignificatam. Ideo Oppoſitor ſubdit veram eſſe ratione materię non ratione formę & ſimpliciter. Addimus inſuper ineſſe potentiam filio generandi ad terminum productum, non ad actum directam proxime Philoſophorum, ideo neque inanis dici poteſt Alph. Tandē (vt quibusdā ſatis eamus factū) dicimus de opinione Doctoris filio ineſſe potentiam generandi actiuam, ſiue ad generandum non tamen compoſitè, aut reduplicatè quatenus in eo, ſed cum reſpectus præciſione. Dices Patri ineſt potentia generandi formaliter, non filio, igitur aliqua potentia, aut quatenus formalis, etiam perfectio ineſt Patri, quæ minimè filio, ex quo inæqualitas ſurgit diuinarum perſonarum. Reſpondeo, negatione conſequutionis, nam in diuinis perfectio omnis ex diuina eſſentia, ſumitur, pręciſio verò illa formalis ſolum reſpectum denotat rationis.

De

CONTROVERSIA DVODECIMA.

D. Tho. hac de re diuerſa diuerſis in locis ſeminaſſe videtur, vt 1.p.q.27.ar.3.36.ar.2.1.d.13.q.2. de Potentia q.10. ar.2. Cont.Gent.24. realem enim diuinarum proceſsionum diſtinctionem quandoq; principijs, vel productiuis, quandoq; terminis, vel actibus: interdum etiam originum ordini, ſiue oppoſitioni adſcribere viſus eſt.

Aegid. 1.d.13.q.2. in allegatorum modorum confutatione tùm multus eſt, tùm præfatarum diſtinctionem realem penès ſuppoſita relatiuè diſtincta, quibus illæ emanationes inſunt, enunciat, quas relationes & ſe ipſis ſecerni haud diffitetur, cum diuinarum perſonarum ſint primo diſtinctiuæ.

CONCILIATIO.

HAec difficultas multis modis ſupponendo diſtinctionem, aliam eſſe realem, aliam formalem, ſiue rationis ſolubilis oſtenditur: nam diuinæ proceſsiones, ſi ſecundùm propria rationes, ſiuè formaliter perpendantur, penes principia Intellectum, & voluntatem, & penès rationes agendi ſecerni poterunt, ſi de re ſit diſcuſſio penès principia quæ productiua ab vno, duobusuè illatæ originaliter oppoſita. Secundo à priori (vt dicitur) ſe ipſis, à poſteriori verò, & manifeſtatiuè ſuppoſitis, quibus in ſunt qua ratione tutiſſima eſt Doctoris explicatio, imo fortè & a priori, vt ad ſuppoſita, vel terminos dicunt ordinẽ intrinſecũ, ſic potentiæ per actus, actus per obiecta diſtingũtur; licet alij ſe ipſis dicãt imo ſe totis realitate nãq; nõ cõceptus cõis. Tertio vt actiones, paſſiones, relationes, ſecundum formam, vt ordinem originis oppoſitum denotant, re ipſa; quò circà præfata ſententia quatenus ordinem originis cum proprijs diuinarum proceſſionum rationibus inuoluit, plana videtur. Additur quartò D. Tho. de diſtinctione formali magis, quam de reali de qua Ægid. expreſſius fuiſſe locutum. Subiungimus quinto de opinione Doctoris ſe ipſis relationes

mus cum in entis, & immaterialitatis conceptu uix vt ue
conueniant ſimpliciſſimæ. De quare, & Subtiles Scotiſtæ.

Falsò tamen hic Ægidio a d ſcribunt quod docuerit emanationes diuinas per terminos diſtinqui, cũ opinionem illam loco citato expreſſè confutet; niſi quis ſuppoſita in quib. terminos vocet quod longè diuerſum eſt.

De Filij Omnipotentia.

CONTROVERSIA DECIMATERTIA

D. *Tho. 1.p.q.42.ar.6.& 1. d.20. q.2. conſtanter tuetur Filium aquè ac Patrem potentem eſſe, quamuis actu ganerare non poſsit, ſiquidem generare poſſe, non quid, ſed ad aliquid, dicit.*

AEgid. 1. d. 20. q. 1. ex his ſubtiliter infert ſi poſſe generare non quid, ſed ad aliquid denotat, cur D. Pater tertio contrà Maximinum 14. colligit Patrem non eſſe Omnipotentem, niſi ſibi Filium coæqualem generare valeat? Filius igitur generare non poteſt, quia generationis actus in illo contradictionem inuoluit, at perinde non minus eſt omnipotens.

CONCILIATIO.

QVia hęc eſt Doctrinæ vbertas, & difficultatis cardo in non poſſe generare circumuolui videtur, litem aliqualiter dirimendo, dicimus poſſe generare ad Patris Omnipotentiam ſpectare non ſimpliciter: Qua ratione erga creaturas attributum abſolutum ſupponitur, ſed relatiuam ad intra. Ideo argumentum ex D. Patre efficax. Aduerto generare filium ſibi æqualem ni ſimpliciter filium generare ad Omnipotẽtiam Patris pertinere, propterea haud impotens filius dicendus, quia non generat, & quamuis generare ſecundum ſe ſit de genere poſſibilium non tamen relate ad Filium, & ex ordine actus ĩmanentis, qui ex agente impoſsibilitatẽ contrahit, Addo inſuper ſemel in diuinis generatione ſuppoſita, neq; eſſe de genere poſſibilium, & a perſonis præciſa, eas eſſe nullas cum per ipſum ineſ

ſe

213

ſe conſtituantur reſultatq. Trinitas perſonarum quod Scot. obiectarat.

De ſpiratorum pluralitate.

CONTROVERSIA XIV.

D. *Tho. 1. d. 11. q. 1. ar. 4. Cum ſenſiſſet Patrem, & Filium plures ſpiratores fore dicendos, nihilominus 1. p. q. 36. ar. 4. vnitati ex ratione nominis ſubſtantiui cohæret.*

Aegid. d. citata q. vltima plures opinatur dicendos, & ſi Pater, & Filius cum eſſentia vnus Creator dicantur, quandoquidem virtus ſpiratiua, ſicuti eſſentia creat, non ſpirat.

CONCILIATIO.

EX præfatis pariter Auctoribus iſta deducitur concilians ſolutio, quoniã ſi nomen ſpirator ſubſtantiuè fuerit acceptum, ex vnitate formæ ſignificatæ prò vnitate ſupponit; ſi, adiectiuè, ac pòtius verbaliter, prò pluribus, Quare Pater, & ſilius Spiritum Sanctum ſpirantes, plures ſpiratores, & vnus ob rationem ſubſtantiui ſuppoſitam dicendi veniunt.

De numero Diuinarum Proprietatum.

CONTROVERSIA XV.

D. *Tho. 1. d. 26. q. 2. ar. 3. diuinas Proprietates Paternitatem ſcilicet, Filiationem, Proceſsionem numerum ternarium non excedere fingit, quia eſt de ratione proprietatis (vi vocis ſpectata) vt vnius exiſtat.*

Aegid. eadem d. q. 2. vtitur fundamenti allati contorſione, nam ſi proprietas, vt proprietas vnius, vt ſit ſibi adſiſcit, igitur coaleſcente innaſcibilitate Patri, quatuor ſint oportet.

CONCILIATIO.

PRoprietates diuinarum perſonarum, aliæ ſunt conſtitutiuæ aliæ non conſtitutiuæ perſonarum, atconſequentes, vt

ptionem intelligendus venit Aquinas,iuxta poſteriorem ...

De Conſtitutione Diuinarũ Perſonarũ.

CONTROVERSIA XVI.

D. Tho. 1. d. 16. q. 2. ar. 2. 1. p. q. 40. ar. 2. relationes non vt origines, quæ ſignificantur per modum fluxus, & extrinſecè ſe habere videntur, at qui potius vt proprietates, quæ denotantur per modum formæ, & conſiſtentis diuinas perſonas conſtituere, & diſtinguere oſtendere nixus eſt: cuius oppoſitum D. Bonau. ſenſit.

Ægid. 1. d. 26. q. 2. partim originibus, partim proprietatibus diſtinguendi, & conſtituendi munus diſtribuere placuit, hac magiſtrali diſtinctione vtendo.

CONCILIATIO.

DIuinæ perſonæ conſtituuntur, & diſtinguntur per ſe primò effectiuè Originibus, ſic enim vt via ad terminum denotari videatur, formaliter verò ipſis relationibus, ſiue proprietatibus, vt ab eis diſtinctis, magis enim quam illę formam pręſeferunt, per quam conſtituendo perſonis inſint. Secũdo diuinæ perſonæ origine cõſtituuntur, & diſtinguntur, ſed minus principaliter; proprietatibus primò, & per ſe; vnde ſolum de palma altercatio eſt, conſentaneè doctrinę ſupradictorum hoc aſſertum eſt. Sed fac relationẽ potius, quàm originẽ diuinas Perſonas diſtinguendo conſtituere; dubium ſupereſt; Conſtituat nè Relatio, vt Relatio; an potius vt Proprietas? Siue etiam illa conſtitutio fit à proprietate inducta modum & rationem abſolutam, aut reſpectiuam? Scotus primo d. 26. q. vnica 28. q. 3. cum ſuis, & Dur. q. 1. fauent relationi formaliter acceptæ; Caiet. 1. p. q. 40. ar. 4. cum Turriano relationi conceptæ, non exercitæ, D. Tho. q. citata. ar. 4. ſtat pro hypoſtatica proprietate non diſſimiliter AEgid. d. 26. 27. q. 2. ſimiliter Recentiores in aſſerta varia diſtrahuntur; Nos paucis ſubiunctis dictis, & rixam hanc grauem extĩguere ſoluendo (& quoad eius fieri poteſt) conciliando.

ciliando nitemur. Dicimus igitur primo, quod ſi Diuinæ Perſonæ ſumptæ fuerint ex parte rei conceptu integro, & proprio conſtituuntur, & diſtinguntur relatione formaliter, ac perinde ratione reſpectiua, fundamentum? quoniam Perſona, vt Perſona eſt formaliter reſpectiua, igitur, & eius conſtitutiuū formale, igitur & ratio ſecundùm quam conſtituitur in eſſe, ſic Paternitas eſt entitas per ſe reſpectiua cū eius ſignificandi, & ſe habendi modo. Secundo quia Relationes diuinæ ſunt ipſæ met Perſonæ ſubſiſtentes, ſuaq; ſecum deferunt ſuppoſita, aut fundamenta proxima, quod pronuntiatum non ſolum exiſtimo de mente Scoti; ſed etiam Diui Tho. loco citato ar. 2. vbi præfatam rationem habet, non diſtingui concretū ab abſtracto, AEgidij eo loci, quia Paternitatem, generationem, generare, cum Patre in idem re venire aſſerit, & ſolum dubitationem fore iuxta modum intelligendi noſtrum, quomodo vna entitas fundans rationem Relationis, generationis, & Propietatis, conſtituat Perſonam diuinam eamq; primam, de qua dubitatio oritur. Dixi conceptu integrò, ac proprio, propterecà quod ſolutio Caietani de Relatione concepta, & exercita, vel non intelligitur à parte rei, vel ſolum partialiter, ac confusè, cum ratio Relationis, cuius eſt conſtituere, referre, & diſtinguere in illo priori integra per eum non appareat, ſi verò modo à creatis tranſumpto ipſam acceperit, minus quoq; placet, & Doctori ſancto, quem ſe Auctorem habere profitetur apertè aduerſatur, qui munus conſtituendi Relationi non formaliter acceptæ, ſed Proprietati (vt vel legenti obſcitanter quæſtionem patere poteſt) adſcribit, cum alioquin ipſe prætermiſſa proprietate, Relationi, vt Relatio eſt, licet conceptæ conſtituendi partes deferat, & ſub membro Relationis ſimpliciter. Addo ex hac ſua diſtinctione diuinam Perſonam carere vltimo complemento, cum ei, vel de facto ſuperueniat Relatio vt exercita. Subiungitur quoq; quia Relatio, vt talis, & ſignata, vel induit modum Primam Perſonam conſtituendo abſolutum, vel reſpectiuum, illud non, quia ſumit Relationem à proprietate diſtinctam; hoc quoq; reſpuit ex parte Relationis exercitæ, quæ nondum in Patre præ intelligitur. Quare Relatio concepta ad ſe

poſitum terminum, puta ad Filium reſpectum dicere, quod non admittit. Quod ſi fiat recurſus ad conceptum neutrum, ex ſufficienti diuiſione entis abſoluti, vel reſpectiui, pariterq; conceptus ille neutralis nimis vel accommodatè ad noſtram intelligentiam inpetfectus, & ineptus erit, vt proptereà ad argumentum illud Recentiorum Poſteriores quidam, alioquin doctiſſimi haud ſatisfaciant dicendo, Relationem illam Caietanicam non eſſe pręciſè ad ſe, neq; ad alterum, ſed in ſe, cum pręſentia Relationis, quod prò ſignata ſufficere putant. Confirmatur tandem, quandoquidem Relatio, vt concepta, actum primum denotare videtur, cui cum exercitio referendi ad terminum oppoſitum, ſtatim ſecundus ſuperuenire intelligitur, qui in diuinis cum ſint identicè vnum, locum ex parte rei vt ſic habere non poſſunt. Dico ſecundo, ex parte rei Perſonas diuinas conſtitui tàm origine, quàm Relatione, & Proprietate, vt ex hoc præfata controuerſia cum D. Bonau. de modo ſignificandi ſolũ, & modo intelligendi noſtro extiterit nam pręfata ſunt reipſa vnum. Dico tertio ſecundum modum philoſophandi noſtrum à rebus creatis traductum, Diuinas Perſonas conſtitui Relatione, vt proprietas eſt; quæ eſt mens Controuerſantium, qui (vt legenti patet) ſecundum noſtrum modum intelligendi quæſtionem terminando loquuntur, hic autem res priùs intelliguuntur habere eſſe, quam operationem, ideo illud ipſum in diuina natura intelligere valemus Patrem ſcilicet priùs conſtitui prioritate, ſaltim Originis, quàm generet, quia agere præſupponit eſſe, & actus ſecundus primum. Quò circa Doctor ſanctus tametſi ar. 2. Relationem contradiſtinctam ab origine dixerit conſtituere, modum in 4. ſub proprietate declarauit, & forma hypoſtatica, ex quibus patet concordia cum Doctore ſubtili ex vtraq; parte Relationem ſumendo à parte rei quod abſolutè non negatur, & ex modo intelligendi; qui diffuſius habetur. Num verò Proprietas conſtitutiua rationem abſolutam (relatiua cum ſit) an purè reſpectiuam redoleat, ambigitur, & Ferrarienſis 4. cont. Gent. 26.

ſecutus.

ſecutus Capreolum, nec non ex noſtris quidam pro ratione abſoluta ſentiunt, pro ſe Diuum quoq; Tho. habentes de pōt. q. 2. ar. 3. ad 7. quo loci habet Relationem conſtituere diuinam Perſonam ſecundùm eſſe Diuinę eſſentiæ, quod eſt abſolutum, licet præfati diuerſo moueantur fundamento; Ego verò Diuum Tho. ſenſiſſe Proprietatem diuinam conſtituere ſub ratione abſoluta ſuadeo, tum quia appellauit formam hypposta ticam, hoc eſt perſonalem, abſtrahendo à qualitate Perſonæ creatæ, vel increatæ, quod ipſum rationem abſolutam inſinuare videtur, tum quià, ità incluſit in conſtitutione Proprietatem, quòd Relationem excluſit, vt patet ex eius diuiſione, igitur alia eſt ratio proprietatis, alia Relationis; at hæc eſt reſpectiua, igitur illa eſt abſoluta, ſecus coincidit, & inutilis eſt illa partitio, & contradiſtinctio proprietatis a relatione, vt Relatio eſt. Oppoſitum quoq; oſtendo, entitas abſoluta nō induit (præſertim cōſtituendo) rationem reſpectiuam, igitur ex ęqua proportione neq; relatiua rationem abſolutam, ſecus melioris conditionis erit reſpectiuum abſoluto, Deinde conſtitutum ſequitur naturam conſtituentis, igitur ſi perſona conſtituitur ratione abſoluta, abſoluta quoq; erit. Tertio quia ratio illa eſſet trāſcendentalis, ſic.n. dicunt eius Defenſores, atqui formale diuinarum Perſonarum, quinimmò omnium conſtitutorum ſecundùm veram Philoſophiam debet eſſe proprium (niſi velimus etiam Perſonam traſcendentalem facere) Ideò cum Paternitas exēpli cauſa ſit entitas Singulariſſima, & de ſe formaliter talis ſub propria ratione, hoc eſt reſpectiua Patrem conſtituat oportet, quæ videtur fuiſſe mens Caietani hoc pacto Auctoris ſui ſententiam exponentis. Quoniam vero difficultas iam ſolum eſt de modo intelligendi noſtro, atq; de conceptu inadæquato, partiali & imperfecto, quidquid dicatur, parùm referrè puto. Rationibus tamen proximè aductis ſic reſpondere mihi viſum eſt. Primam diluo tribus modis. Dico primo ens abſolutum, & reſpectiuum ſed creatum æqua lance fore dimetiendum ſub propria ratione ſeorsū accepta abſoluta, & reſpectiua, ſecus de increato ſūmè perfecto diuina eſsētia, quæ abſoluti, & reſpectiui rationem fundare valet, à qua Perſona re ipſa nō ſecernitur. Se

cundo

næ quatenus inſunt conſtitutis. Tertio etiam ſubſtantiam ra tionem reſpectiuam ſapere, ſaltim ſecundum dici. Ad ſecundum dico ſolum ſequi perſonam diuinam ſub ratione abſoluta partialiter intelligi poſſe, cuius entitas formalis reſpectiua eſt. Ad tertium ſatis eſſe proprietatem de ſe reſpectiuam quoad en titatem eſſe propriam, licet fortaſſe non ità quantùm ad intelligibilitatem, & ſi ſumatur tranſcendentale prò eo, quod prædicamentum excedit, hoc fateri non veremur, cum Perſonæ diuinæ ſupra prædicamentum exiſtentes, ſubſtantiæ, & Relationis rationem ſibi proportionatam, & conſentaneam retineant. Ex his Perſonæ diuinæ Relationibus formaliter, & ſecundùm ſe conſtituuntur, & diſtinguntur, proprietatibus eis oppoſitis ſecundum noſtrum modum intelligendi, & conceptibus abſolutis, vel inadæquatis; ex quo opiniones omnes verum attigiſſe dicere valemus, ſi voluerimus. Quo loci libuit ſubnectere rationes quas Iuniores nō nulli cōtra Caetanum de Relatione exercita iaciunt ei non officere. Cum enim relationis munus triplex ſit, conſtituendi, diſtinguendi, referendi minus propriè ſub exercitio conſtitutionem locant, quod ad reliquas partes propriè pertinet Deinde quia ſi Relationem conceptam, quia conſtituit exercitam vocauerimus, id eſt ſolum partialiter, & non cum reſpectu ad terminum oppoſitum, & ideo cum in illo priori neq; propriè referendo diſtinguat, illam conceptam non vt exercitam appellitauit. Verùm quid dicendum ad dubitationem illam; num Perſonæ diuinæ conſtituantur ſeipſis & diſtinguantur, cum ſint ſimpliciſſimæ? Reſpondeo Ariminēſ Greg. hanc quæſtionem ſubtiliter proſequi, concludendo conſti tui ſe ipſis, ſimiliter D. Tho. in reſponſione ad primum agitatę quęſtionis, & Caetanus ibidem cum hac diſtinctione, quod ſi Perſonæ diuinæ conſiderentur ſecundum ſe, & à parte rei, ſic ſe ipſis conſtituuntur argumento admiſſo, ſi verò vt nobis notificantur, Relationibus; Quod reſponſum cæteri Thomiſtæ eruditiſſimi tueri nituntur, cum tamen ſanctorum, & non nullorum Conciliorum, atq; adeò Sanctę R.E. in Præfation

phraſim

 216

phraſim contrariam habere videantur, conſtitui videlicet & adorari nominibus relatiuis, & dicendum non ſit locutionem fore accipiendam ſecundum noſtrum modum intelligendi, & ſub pręfata notificatione, ſed à parte rei: aliter fruſtra ſuſciperetur à Scolaſticis, & ſic enunciaretur., aut determinaretur antedicta quæſtio; quā potius à parte rei, quam ex noſtro modo concipiendi, vel inteligēdi definiri phas eſt Quare (quicquid ſit de illa ſolutione) Ego huiuſmodi nodum ſic diſſoluerem, Perſonæ diuinæ conſtituuntur ſe ipſis, aut etiam diſtinguntur vera eſt propoſitio, ſi particula, ſe ipſis, excludat quodcumq; realiter, aut ex rei natura aditum, aut extrinſecum; quandoquidem conſtitutiuum perſonale perſonæ identificatur, & relatio, ſiue proprietas à Perſona minimè ſecernitur conſtituta: ex quo nulla infertur in ipſis cōpoſitio. Cæterū ſi particula ſe ipſis, denotet relationē, aut proprietatū excluſionē, aut tranſitū cū interiectione diſtinctionis rationis ratiocinatæ, vel etiam formalis, ſed virtualis falſa omninò eſt; nam Perſonæ diuinæ omnino ipſis proprietatibus, tanquam concretum ab abſtracto cum indentificatione conſtituuntur, & diſtinguntur, quem ſenſum ſi fortè reſpexit Ariminæus (quod neſcio) vocula, tranſitiue; & intranſitiuè admittendus eſt. Aſt hæc conſtitutio, eſt ne realis, an rationis nuncupanda? Non deſunt Recentiorum qui dicant eſſe rationis tantùm. Ego verò dicere non vererer, eſſe tum realem, tum rationis; hoc quidem ſi proprietatis conſtituentis cum ſuppoſito conſtituto, quæ inter ſe ſola ratione diſtinguntur cōſideratio habeatur, realis quoq; ſi cōſtitutū, & formale cōſtitutiuū ſub animaduerſionē cadāt. Nā ſuppoſitū, ſiue Hypoſtaſis cum proprietate re ipſa eſt talis, Ex qua re quid enunciandum ſit conſtare ſatis poteſt, neq; enim per conſtitutionem conceptum chimericum, aut imaginatione quidquam confictum dimetiendum eſt, Quamuis habita ratione eorum, quæ penes nos compoſitionem admittunt, in quibus partes re inter ſe ſecernuntur, vel in toto iam conflacto, rationis dicenda ſit.

De

D *Tho. 1.d.27.q.1. ar.4. relationes reales quatuor numerat ob terminorum oppoſitionem quos reſpiciunt, res tres, quia nulla rei differentia differunt.*

Aegid. 1.d.27.q.1. quibusdam obiectis eo ſententiæ deuenit, vt diceret, quatuor quidem ob oppoſitionem eſſe relationes diuinas, res tamen eſſe tres, quia inſunt tribus diſtinctis ſubiectis, ſicut enim relatio terminum, ſic res in ſui multiplicatione indiuiduum ſubiectum, cui ineſt reſpicit.

CONCILIATIO.

SI quid in hac Controuerſia foret dicendum ad materiam relationum realium ſpectaret, de quibus pro opportunitate quædam alibi enunciabuntur; hæc enim doctrinæ diuerſitas potius quã cõtrarietas appellãda eſt, & quam ex terminorum diuerſitate, aut multiplicitate in quaternario numero ſurgere relationem habet Doctor Sanctus, de relationibus diſſimilibus fatendum omnino eſt, ſic enim paternitas & filiatio, communis notio ac proceſſio ex diuerſo terminorũ proſpectu oppoſito multiplicantur fallit verò regula illa de relationibus ſimilibus, quia vna paternitas cum multitudine filiorum in creatis, & de ſe non pugnat, neq; ob illorum multiplicationem multiplicatur, quod expreſſe Doctor habet; quomodo verò relatio à ſuppoſito habeat, tanquam a fundamento proximo vt ſit res, vt vna, aut plures pulcra lucta cõmittitur inter Alphõſum Archiepiſcopum à Tolecto 1.d. 13.q.1.ar.4. Doctorem oppugnantem, & Thomam ab Argentina olim Ordinis Generalem defendentẽ, 1. d. 27. q. 1.ar.2. eſt autem Alphonſi contentionis omnis baſis, quia relatio realis de ſe eſt ens reale, quatenus a nihilo diſtinguitur, non vt opponitur ei quod eſt eſſe ad aliquid, de ſe igitur alio quocunque circunſcripto eſt ens, & tale puta hæc Paternitas, igitur non habet à ſubiecto cui ineſt, quod ſit res, quo ſtantè alias format propoſitiones, Cæterum (ni fallor) ſatis

belle

belle ei occurrit Argentina ad primũ dicendo, relationem non dici talẽ, quia habeat a ſubiecto in quo eſt entitatem effectiue, quia paternitas ab aliquo non producitur, neque à filio filiatio, ſed à patre à quo eſt ipſe filius, ſed pro tanto dicitur relationem habere vt ſit res ab eo in quo eſt, quia ex ſua natura habet quod eius realitas reſultet in illo; quod eò magis confirmo, quoniam pprietates ſubiectis puta filiatio filio identificatur, & relatio fundamento diuina preſertim ex opinione Doctoris. Ego verò dico Alphonſum ſolum concludere relationem realem ſuapte na tura eſſe tale ens, cuius eſt conditio vna vt ponat aliquid reale in eius pariter reali ſubiecto, aliter non eſſet realis ſed rationis quod dicitur à ſe habere, non à ſubiecto in quo. Ideo aliud eſt quod relatio ſit complete realis, cui adduntur ex trema realia, & realiter diſtincta, aliud quod ſit, aut res dicatur, quia hoc habet ſolum à fundamento, aut potius, proximo ſubiecto cui inſidet; Vnde quamuis Paternitas ex ſe ſit hoc ens, tamen, vt ſit relatio realis expræfactis pendet, ex quo ei negari poſſet Quocumque alio circumſcripto, quia cointegratur aſſertis conditionibus in relationis realis formalitate; Cõfirmo, quoniam relatio vt dicit In pendet ex ſubiecto in Quo, qua ratione dicitur res ſicuti accidens ſuo modo, quod non dicitur ens niſi quia entis & hoc eſt proprium formalitatum, aut entiũ, eorum quæ ad alterum quoquo modo ordinem denotant aut pendentiam habent, nõ ſubſiſtentium aut conſtitutorum. quare certum maneat relationem realem habere vt res ſit vna, aut plures a ſubiecto in quo eſt, de qua ſic diſtinguendum puto, Relatio vt res multiplicatur multiplicatione ſuppoſitorum abſolutè prolatum nega, nam communis notio Patri filioque ineſt vna; vel diſtinctis realiter oppoſitè, & in actione vna non conſpirantibus affirma; ſic ſpiratio non multiplicatur vt res, licet inſit duobus, quia illis non vt ſunt duo, ſed vt in vnam actionem concordes conueniunt quæ eſt Spiritum Sãctum ſpirare ineſt.

D De

D. *Tho. 1.d.26.q.1.ar.2.1.p.q.40. ar.3. præmiſſa diſtinctione abſtractionis, ſentit abſtractis per intellectum proprietatibus conſtituentibus, & ad dignitatem pertinentibus non remanere perſonam, neq; Hypoſtaſim, ſed ſolam eſſentiam.*

Aegid.q.3.refutato modo abſtractionis eſt in voto, vt & ſi abſtrahantur proprietates ad dignitatem pertinentes, & dantes eſſe, abſtrahatur, vel tollatur perſona, remaneat Hypoſteſis cum eſſentia.

CONCILIATIO.

SI Hipoſtaſis idem præciſè ſit, atq; perſona, vera eſt ſententia prima, alioquin ſi diſtinguatur, cum hypoſtaſis ſubſtantiæ genus, perſona partialius intellectualem naturam reſpiciat, eſt enim intellectualis naturæ indiuidua ſubſtantia, vndè eſt philoſophandi modus diuerſus, qui eò terminatur, vt ſublatis conſtituentibus, & vniuerſim relatione, perſona cum hypoſtaſi tollatur.

De Prouidentia Dei.

CONTROVERSIA XIX.

D. *Tho.1.p.q.22.ar.1,& 4, & cont.Gent.3.cap.94. aſſerere videtur prouidentiam, ne dum eſſe mediorum, ſed etiam finis per illa, ita quod neceſſario, & ſemper præſtitutum finem attingat, ſicq; omnia à Deo prouiſa eueniunt.*

Aegid.1.d.39.& 40.q.1.ar.2. de formali diuinæ Prouidentiæ ſolum eſſe cenſet, rationem, aut ordinem mediorum directorum, & diſpoſitorum in finem, eſto quod ille non attingatur, ſic enim à prædeſtinatione, quæ neceſſario eſt finis ſecernitur, quod ipſum habet allegata diſtinctione, & de ver.6.ar.1. Auctor Sanctus.

CON-

218

NOn eſt prò reſolutione neceſſe dicere cum aliquibus Au ctorem primam ſententiam reuocaſſe, neq; quod poſterioribus locis loquatur de humana, & imperfecta pro uidentia cum quibuſdam Recentioribus ab re aſſerta multiplicantibus, nam oppoſitum eo loci patet ſed potius diſtinguendum; Prouidentia, vti prouidentia non eſt neceſſario finis, ſed vt talis, diuina videlicet, & efficax; Secundo eſt finis in vniuerſum quia cadens ab vno in alterum prolabitur vt patet de damnatis ad ſupernaturalem finem directis non ſpeciatim, quia ſic à predeſtinatione erga finem ſpecialem ſemper efficaci diſtinguitur. Tertio ſemper efficax quantum ad mediorum collationem quia Deus nemini negat pro fine congrua media, (imo quod magis eſt) omnibus præbet non quantũ ad per illa finis aſſecutionem ob agentium voluntariorum ab opere defectum. Quartò eſt finis vt vergit ad actum practicum, & ad voluntatem pertinet, non vt eſt mera prænotio, & ad intellectũ attinet ipſa Dei Prouidentia. Sic intelligitur illa Collecta Deus cuius prouidẽtia &c. quæ eſt ratio dirigendorum in finem, vel ratio in ſummo Principe, qua cuncta ſuo ordine ſapienter diſponit, quam finem propoſitum neceſſariò non attingere ſpecialem, vt formaliter prouidentiam nobis magis probatur quæ etiam fruſtrà diuiditur in efficacem, & non, quia omnino Aduerſarij prouidentiam diuinam aliquem finem non attingere concedere coguntur, & inefficacem aliquam fateri.

De ſubiecto Diuinæ Prædeſtinationis.

CONTROVERSIA VIGESIMA.

D. *Tho. 1. p. q. 25. ar. 1. ſent. 2. d. 40. ar. 2. & ſæpe alibi, prædeſtinationis formale in actu facultatis cognoſcentis quo media quibus aliqui hominum in finem, ſupernaturalem traiciuntur Deus excogitauit, conſtituendum putauit, ideo eam finiuit dicendo, eſſe rationem traſmiſſionis, in mente diuinam exiſtentem.*

D 2 *Ægid.*

ruit, ad cuius ſegregationem Prouidentia diuina ad facultatem intellectiuam vergit.

CONCILIATIO.

QVamuis Cart: Suarex, Valentia, & alij hanc quęſtionem de nomine eſſe dicant ac perinde quicquid dicatur parum, eſſe curandum, dummodo de re ſit conſenſio, nihilominus, tolli primo poteſt currens difficultas cum Alenſe, & Marſilio dicendo ex adductis proutraq; Litigantium parte, pręđeſtinationem ob actus ad eam integrandam cōſpirantes, præſcientiam, conſilium, mediorum excogitationem, electionem cum efficacia, vtriuſq; eſſe potentiæ. Dicunt ſecundo alij ad intellectum pertinere quoad originem, ad volontatem quoad terminationem. Quæ reſponſa non actingunt queſiti punctum, cum ſola eſſentia prædeſtinationis negotium faceſſat, ſiue actus in quo ipſa dicatur conſtituta, qui eſt controuerſus, Thomiſtæ vnum mediorum ſcilicet excogitationem, Sco. D. Bon. Greg. alterum, puta electionem in medium proferant; Aptius multo diſtinxit Agid. prædeſtinatio vt denotat directionem in finem, aut etiam traſmiſsionem, potentiæ intelligentis eſt; vt deliberationem, aut decretum volitiuæ, cuius eſt plena deliberatio, ac propoſitionis concluſio. Amplius intellectus de proprietate ſermonis ob directionem, voluntatis ratione rei ſignificatæ, ex quo fit vt complectius ad voluntatem attineat. Dices complectio eſt quid eſſentiam ſequens, & extrinſecum igitur non colligitur, quod eſſentialiter prædeſtinatio ad facultatem illam attineat. Reſpondeo totum fatendo, nam Doctori ſatis fuit ita diſtinguendo partes ſedare, cum alioqui per diuerſus actus in ea, prædeſtinatio vt eſt quodam totum diuerſimodè ad vtramque facultatem ſpectet, alteriuſque actum, vna antecedenter, ſeu conſequenter ſupponat, nam vt eſt actus intellectus includit actũ volũtatis volẽtis finem, vt volũtatis præſuponit actionem intellectus dirigentis in finem; Ideo prædeſtinatio (inquit) ſe tenet quodamodo complectiuè ex parte voluntatis

non

non tamen dicet ſimpliciter illius actum, licet magis (quomodocunq; ſumatur) ſe habeat ex parte voluntatis, quam prouidentia, cuius diſcrimina ibi aſſignat. Verum prefactæ conciliationes, & diſtinctiones craſſa (vt dicitur) Minerua tranſeant, nam cum prædeſtinationis eſſentia, ſicuti cuiuſcumque alterius rei vna tantum eſſe queat, ad vnam ſimiliter potentiam pertinebit, vnum ſibi adſciſſet ſubiectum, abſolutè, propriè, & formaliter ſi loqui voluerimus. Placet interim quam legi apud doctum Suarex cautio, vt dicamus prædeſtinatio eſt prænotio, ſed non tantum, eſt electio ſed non tantum, ſed hoc, & illud, ita vt à preciſione ſemper nobis ſit cauendum. Inſtabis prędeſtinatio ab alijs actibus diuinis in relatione ad obiecta diſtinguitur penes efficaciam, quam à voluntate diuina contrahit acceptante, igitur eius eſſentia in voluntate eſt collocanda, hinc etiam ſcientia diuina voluntatis acceſſione dicitur efficax, igitur omnis efficacia ex voluntate ortum ducit. Reſpondeo ex ijs ſolum obtineri, à voluntate eſse complementum per comprobationem, aut acceptationem, ſic etiam ars firmatur, & ab indifferentia huius & illius artefacti ad terminationem trahitur per voluntatem tamen formaliter ad illam non ſpęctat. Addo etiam prouidentiam Dei adminus aliquam efficacitate eſſe prędìtam, cum nihilominus ad intellectum formalius attineat, qui in excogitatione mediorum pro fine comporando à prædeſtinato, defert efficaciam, ad quem abſolutius prædeſtinatio pertinet, quę eſt actio imanens, æterna, ac perindè realis, cum rationis relatione extrinſeca ad Creaturas, quæq; in prędeſtinato nil formaliter, atqui cauſaliter duntaxat locat, vi cuius illæ aliquando gratiam perenem habebit gloriàq; infallibiter conſequetur. Dices prædeſtinatus liberè ſalutem ſibi comparabit, igitur in vitæ periodo a gratia cadere, & damnari poterit. Prætermiſſis aliorum ſolutionibus & ſenſu diuiſo, qui modo ad rem non facit cum ſuper dorſum eius calcet argumentum, Ego (ſaluo ſemper meliori Iuditio) & potiori ſolutione cum infallibili veritate) obiectionem ſic conſueui diluere, vt dicerem, Prędeſtinatum liberè ſaluàri, ac dum eſt Viator de lege ſemper poſſe peccare; ſed pro actu

primo

ex ſuaui Dei attractione, & diſpoſitione nō peccabit, & ideo libe rè ſaluabitur; At inſtabis, eſt liber pro actu primo, igitur pro ſecundo, quia poterit elicere actionē deformē, aliter non eſſet reuera liber, fac igitur eliciat, damnabitur. Reſpondeo prædeſtinatum eſſe liberum etiā quo ad actum ſecundum, quia ſcilicet in illum liberè rumpet vltimum, poterit igitur ſic etiam pro actu ſecundo, actū tamē lęthaliter deformem nō producet ex radice iam plantata ſuaui dei diſpoſitione, & diuinæ gratiæ auxilio abbundanti, & prędeſtinatum in bono ſtabilienti, gratiæ enim modus agendi eſt, vt comodate ad naturam actio producatur, & in tali caſu cum infallibilitate, nequaquam abſolutam neceſitatem contrahet. Ad hæc ſiſcitabitur quiſpiam cum in ſuppoſito ſit natura, cuius magis erit predeſtinatio. Sco. in Chriſto Domino videtur fauere naturæ, Alij ſuppoſito operanti. Puto dicendum, ſi prędeſtinatio dirigatur ad eſſe, concedenda eſt naturæ, ſuppoſito ſi ad operationem cuius eſt agere, ac ideo principalius; ſiue etiam erit naturæ vt agendi ratio, aut conditio, ſuppoſiti vt id quod agit. habendum ex ijs prędeſtinationem eſſe, ac denotare mirum Dei artificium, quo homines certis quibusdam medijs de ſuper gratis infuſis, peccatores finem ſupernaturalem aſſequerentur, quem minimè ſuapte natura poterant, vnde totum ex gratia dantis eſt profectū.

De Libro Vitæ.

CONTROVERSIA XXI.

D. *Tho. 1. p. q. 24. ar. 1. de libri vitæ eſſentia, & ordine ad diuinā prædeſtinationem diſputans eum illa poſteriorem ex adiecta rationis diſtinctione aſſeuerat.*

Aegid. 1. d. 40. 41. q. 2. ar. 2. 2. 3. librum vitæ eſſe prædeſtinatione priorem docet, ipſe enim ſimplicem notitiam, prædeſtinatio notitiam cum affectu, & voluntatis acceſſione redolet.

CON

LIbrum vitæ à prædeſtinatione formaliter diſtinguẽdo, & cõciliationi ſtudendo dicimus, illum anteire poſſe origine, cum ad intellectum præciſè pertineat ratione notitiæ firmæ electorum ad gloriam, qua priùs cogniti, & notati, quam prædeſtinati per ſubſequentem actum ratum intelliguntur; ſequi prædeſtinationem ſecundùm formam, quia prius electi, & de medijs prouiſi, quàm conſcripti menti diuinæ offeruntur. Quæſtio de ſolo eſt nomine; Secundo ſi liber vitæ ſit prædeſtinatorum ſequitur, anteit ſi prædeſtinandorum vt Ricar. quondam diſtinguere conſueuerat.

De Diuina electione.

CONTROVERSIA XXII.

D. *Tho. 1.d.41.ar.2.electionem ſaluandorum ad gloriam ſecundum rationem prædeſtinationi præponens, illam non ſine naturæ diuerſitate in mente diuina fieri ſcribit, quæ gratiæ diuerſitatem facit.*

Aegid. *1.d.41.q.1. Electionem eorum eſſe aſſerit, qui ſunt eiuſdem generis, & naturæ, quo pacto animantia ratione prædita à parentibus ſegregata præferuntur.*

CONCILIATIO.

TVta conciliatio erit, ſi dixerimus electionem ad gloriam exigere naturæ indiuiduæ diureſitatẽ per ſeparationẽ vnius ab alio, non ſpecificæ, qua omnes homines ſunt vnus homo, & ad eundem finem quoquo modo directi; Vel ſecundo quia Deus eligendo meliora naturalia non pro qualitate, & cauſa in donorum collatione reſpexit, ſed ex congruo gratiam elargientis, ſicuti de angelis hoc ipſum ſecurè adſtruitur; Vel tertio reſpexit, diuerſitatem naturæ operantis cum gratia, ſiue in executione poſitæ non abſolutè, & quoad mediorum excogitationem,

de qua

tione quandoque ratione diſtinguant, quandoque non.

De Prædeſtinationis cauſa.

CONTROVERSIA XXIII.

D. Tho. 1. p. q. 23. ar. 4. Prædeſtinationem non fieri à Deo meritorum prænoctione, ſiue nullam ex parte prædeſtinati reſpectu totius effectus prædeſtinationis cauſam aſsignari poſſe, non minus doctè, quàm catholicè ſcriptum reliquit.

Aegid. 2. d. 27. q. ar. 2. oppoſitum docere viſus eſt, dum iſtum ſaluari, quia Deus præuidit, quod debebat ſequi diuinum impulſum, & bona opera facere affirmat, ex quo opera noſtra ſunt quaſi ſecunda cauſa noſtræ ſalutis, qui aliquin in 1. d. 41. q. ar. 2. cum Doctore Sancto inceſsit, omnem cauſam, & rationem ex parte prædeſtinati quoad effectum, adæquatum extirpans.

CONCILIATIO.

D. Th. loquitur de prædeſtinatione ſecũdũ ſe, & vt denotat ordinẽ intentionis finis; Alter executionis ex opere. Secundo prædeſtinatio nõ põt eſſe ex præuiſione meritorũ tanquã ex cauſa, ſed cum præuiſione Camer. quod ego ex eo ſuadeo quoniã Deus eſt agens cum cognitione comprehenſiua, igitur omnia in illo priori vidit cui erant præſentia non tamen inde motus ad prædeſtinandum. Tertio negatur prædeſtinationi cauſa quoad totum effectum, ſecus quoad partialem, quã ratione cauſæ ſunt, ſibi in vicem cauſæ: & gloria dici poteſt cauſa meritorum gratiæ Controuerſantes. Quartò dicerent quidam prędeſtinationem ad gratiam carere cauſa illam in cludere ad gloriam; rurſus prædeſtinationem diuinam, ſiue electionem cum examine requirere præuiſionem operum gratię, ſine examine nequaquam. Vtrumque Vaſq; ex doctrina D. Patris Auguſtini varia. Alij rurſus diſtinguerent ſuper naturalis fæliciras, vt ſubijt rationem præmij eſt operibus conuoluta, non vt ſummum bonum gratis præordinatum, & abſolutè ſumptum.

Quamuis

Quamuis re illud ipſum in idem veniat; Sunt deniq; qui Prædeſtinationis cauſam dari recalcitrent, concedant rationem ex parte ipſius prædeſtinati, licet ea ſit occulta, ad cuius ſenſum illud D. Patris Auguſt. lib.queſt.83.q.86. Venit de occultis meritis &c. intelligunt, quam expoſitionem quidam ex Modernis defenſandam ſuſceperunt, tanquam probabilitate redolentem; Nec tandem prætermittendi ſunt, qui diſtinxerunt cauſam, & meritum de congruo, quod conceſſerunt, ab eo, quod eſt de cōdigno, quod dari negauerunt, quo pacto diuerſas quaſi oppoſitas Sanctorum Patrum auctoritates interpretando conciliant. Verum præfixæ veritatis metæ non acceſſerunt, tum quià etiam ratio congrui obligationem aliquam pręmium conferendi (quę nulla in illo priori Deo eſſe poteſt) inducit, tùm quia Apoſtolicæ auctoritati illi magiſtrali vtraq; diſtinctione minus dignè occurrunt, Antequam nati eſſent, aut quicquam boni, aut mali egiſſent (penes mentem ſcilicet diuinam) non ex operibus, (at meritum congrui eſt opus) ſed ex Vocante dictum eſt, Iacob dilexi, Eſaù odio habui, ſi ex vocante, igitur quęcunq; cauſa, vel ratio, aut meritum ex parte prædeſtinati relegatur; Et confirmatur, quia D.Pau. contradiſtinxit Deū eligentem, & vocantem ab electa, & vocata creatura ad gloriā per gratiam, tanquam cauſam eligentem, & effectiuam à ſubiectiua materiali, aut morali. Rurſus euaneſcit ex his opinio afferens bonum vſum liberi arbitrij præuiſum quouis modo acceptum, nam electio, ſiue prædeſtinatio de qua diſceptatio eſt, ex beneplacito diuinæ voluntatis, & ex vocante præciſè adſtruitur, præterquam quod bonus ille vſus ſecundum ſe acceptus, vt à gratia præſcindit, nec congrui rationem habere poteſt, cum à peccatore proficiſcatur, vnde ratio neq; motiua, neq; ſine qua non, neq; ſub aliquo alio titulo boni prædeſtinationis afferri poteſt. Sed dices, prædeſtinatio eſt præſcientia, & præparatio beneficiorum Dei, igitur inuoluit prænotionem aliquam meritorum. Reſpondeo ad hoc multas afferri conſueuiſſe reſponſiones, quas cum inſinuatis in initio Controuerſiæ diſtinctionibus dimittendo, dico argumentū ſecum deferre ſolutionem, Cuius namq; eſt præſcientia niſi bene-

Quæ beneficia? Recurrendum eſt ad definitionem ...
declarantem ex eodem fonte hauſtam Auguſtiniano, Prædeſtinatio eſt præparatio gratię in præſenti, & gloriæ in futuro, en beneficia, gratia medium, & gloria comparanda operibus finis, quorum aſſeritur prænotio. Sed cauſa huius quænam erit? Non alia certè, quam propoſitum miſerendi, vel ſubleuandi à miſeria lapſos homines, vel præſeruando, & extollendo in bonoq; confirmando Angelos numquam collapſos; quomodo prædeſtinatio hæc facta eſt? ex propoſito, hoc eſt ex voluntate Dei benefica, & ad miſericordiam propenſa. Hinc inanis eſt quorundam Recentiorum alioqui doctiſſimorum limitatio, aut potius euaſio, dum aſſerunt non haberi in D. Patre Aug. particulam illam miſerendi, ſed ſolum liberandi, nam profectò in idem re ipſa venit miſereri, & liberari, propterea dicitur Miſerebor cui miſerebor. Et rurſus Deus cui proprium eſt miſereri, quare illa eſt ſolum vocis diſtinctio. Inſuper argumentor, Prędeſtinatio eſt propoſitum liberandi per eos, itaq; & miſerendi, nam ſi liberantur ex miſericordia liberantur ex parte efficientis, & à miſeria ex parte liberati & in termino à quo, non a bono aliquo, igitur prædeſtinatio eſt propoſitum miſerendi per liberationē quemadmodum formaliter expreſſit infrapoſita definitione D. Pater, quibus certſſimè liberantur (ait.) Et quamuis D. Pater Aug. qui in hac materia, & in connexis difficillimis eſt totius difficultatis cardo & vnus teſtis prò mille pluribus in locis ſuę doctrinæ pro ratione operationes noſtras, propriā iuſtitiam, & conſenſum præbitum, vt lib. 1. ad ſimpl. q. 2. de præd. Dei cap. vlt. Serm. de tempore 233, & verbis domini, & ſæpè alibi inſinuaſſe viſus ſit, cuius oppoſitum expræſsè docuit in lib. de prædeſtinatione Sanctorum Cap. 7. Cuius eſt inſignis illa ſententia; Taceat humana lingua, nec prorſus de meritis extollatur, diuinæ enim voluntatis eſt donum hoc, non humanæ fragilitatis meritum. Item de bono perſeu. 2. in Hyppognoſticon, de Correctione, & gratia, intelligendus tamē venit iuxtà ſuperiores diſtinctiones conciliantes, quæ diffuſius apud Modernos legi poſſunt, & præſertim apud

Illu-

Digitized by Google

222

Illuſtriſs. Bellarm.S.R.E.Card.in culpatiſſimum lib.de gratia, & lib.arb. cap.15,qui aſſerit D.Patrem ſententiam mutaſſe ab illa, quam ad Simplicianum iuuenis habuerat, factus doctior, & cautior, vbi etiam Patres quodãmodo (expreſſe nè dixerim) contraria ſcribentes ſumma hac de difficultate conciliat diſtinctione illa, concedendo rationem meritorum, ſiue eorundem conuolutionem ex ordine executionis in electione diuina, non ex ordine intentionis prioris, quæ diſtinctio fuit D. Patris tractatu 68. ſuper Ioannem, quæ ſanè executio non ſolum in re extra, ſed etiam in mente diuina ordinante locum habet, per quod quorumdam inſtantia eliditur, de quibus difficultatibus prolixiùs videndus eſt inter cæteros Suarez lib. 3. de auxilijs gratię diuinæ cap.19. qui etiam oſtendit D.Patrem Aug.ſemper fuiſſe eiuſdem ſententiæ, licet prò occaſione contradicentium oblata,varia, & quodãmodo pugnantia protuliſſe viſus ſit, nam non eſt nobis in animo aliorum ſcripta in hunc locum transferre. Quamobrem prædeſtinatio diuina, quæ rectè definitur à Diuo patre de bono perſeu.2. Cap.14.Præſcientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certiſſimè liberantur, quicumq; liberantur,non ſolum anteriori in præuiſione prędeſtinati cauſa caret, ſed etiam ex parte eiuſdem quacunq; ratione; quamuis oppoſita Recentiorum ſententia iucundior, & præſertim rudibus plauſibilior videatur, vt quod Deum prępoſterè agat dolendum ſit; Ideò Dei præfinitiones pręnotione vſus arbitrij priores his conſentaneè cenſeri debent, ex quibus certitudo, & firmitas prædeſtinationis, & agendorum cum relatione ad diuinam prçſcientiam,voluntatem,& prouidentiam haurienda eſt, quæ arbitrij vires nec minimum labefactare, vel euertere,aut lædere tantum abeſt, vt deſtruere aptaſit. Et quoniam oppoſitorum eadem eſt diſciplina,addimus de Reprobatione reſolutionem: dicentes primò, & oppoſitas ſententias ad concordiam reuocantes,non dari reprobationis cauſam negatiuę (oppoſitum aſſerit Greg. de Valentia)ſecus poſitiuæ ad pænam ipſum peccatũ Trig.Secundò non datur vt reprobatio culpàm, ſed ſi pænam denotet. Tertio & ſi daretur abſolutè, non tamen comparatiuè. Quarto negatur cauſa reproba-

conciliatio etiam cum Scoto.

De ſignificatione Perſonæ.

CONTROVERSIA XXIV.

D. *Tho.1.d.23.q.1.ar.3.1.p.q.29. ar.4.& ſæpè alibi nomen Perſona, modo ſubſtantiam, modo relationem ſignificare ſcriptum reliquit, ob variam eius ſignificationem in Diuinis, & inhumanis, aut creatis.*

AEgid.1.d.eadem q.3.4.oppoſitione facta, Perſonæ vocabulum, principaliter ſubſtantiam ſuppoſitalem, ex conſequenti relationem ſignificare docet.

CONCILIATIO.

INter præfatos lis durare non poteſt, quia Angelicus citata quæſtione vtrumq; aſſerit, videlicet nomen Perſona ſignificare Relationem in recto, ſubſtantiam in obliquo, quia ſignificat Relationem per modum ſubſtantiæ, hoc eſt ſubſiſtentem, & rurſus in recto ſubſtantiam, obliquè relationem quatenus eſſentia identificatur hypoſteſi, quæ in diuinis denotatur vt relatione diſtincta. Qua in re de diſcipulorum D. Thomæ incerta expoſitione eorũdemq; altercatione nobis nil curę eſt. Diceremus, nos nomen perſona, vt diuina in recto importare ſubſtantiam, connotatè relationem, quia ſubſtantiarum proprium eſt ſubſiſtere, Relationum earundem interuentu. Secundo adderemus diuinam perſonam materialiter ſubſtantiam formaliter relationem dicere cuius eſt formale, ex quibus rectitudo, & obliquitas diuerſimodè promi poteſt. Hinc finitur rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, ſiue incommunicabilis ſubſiſtentia.

De

De Potentia Dei.

CONTROVERSIA XXV.

D. Tho. 1. p. q. 25. ar. 2. 1. d. 43. q. ar. 1. Potentiam Dei infinitam contemplans eam non eſſe fruſtrà, & ſi infinitum effectam in vniuerſo non producat declarat, fruſtra enim dicitur, quod ordinatur ad finem, quem non attingit, at alia ad Dei potentiã ordinantur.

AEgid. 1. d. 43. q. 1. Hoc reſponſum minus probans propoſitionem illam priorem, cuilibet potentiæ actiuæ debet reſpondere paſsiua ne ſequatur inane ità limitat, vt dicat coarctandam ad potentiam naturalem, quæ correlatiuo potentiæ paſsiuæ coagendo vtitur, quod non accidit diuinæ materiam producenti, non vtenti.

CONCILIATIO.

VEra eſt prima ſolutio ſecundũ Peripateticorum principia, quorum eſt illa propoſitio pro vniuerſi complemento. Secunda verò iuxta Theologorum, ad quorum aures Deus eſt materiæ concreator, quaq; agendo, vt naturalia agentia non eget, aut vtitur, vnde eſt potius doctrinæ diuerſitas, quia Doctor primam quoq; reſponſionem, quamuis vt minus aptam amplectitur.

De Idea materiæ.

CONTROVERSIA XXVI.

D. Tho. 1. p. q. 15. ar. 3. materiam ſecundùm ſe habere ideam negat, quam propriè ei concedit quatenus compoſito ineſt, & vt pars eius, neque enim materia ſecundùm ſe habet eſſe, eſtuè cognoſcibilis.

AEgid. 1. d. 36. q. vltima ſine dubio materiæ plus tribuit, cum dicat materiam ſecundùm ſe eſſe naturam quandam, & ſi exilem vmbraticam diuinam eſſentiam imitantem, ex quo habet ideam ſola cognitione ab idea formæ diſtinctam.

CON-

MAteria habet Ideam in Deo, vt idea intellecta eſt ratio cognoſcendi alia in propria natura, aliquam .n. entitatem habet, cum ſit potentia ſubiectiua; non verò vt intellecta quaſi practicè eſt exemplar rerum per ſe, & propriè producibilium, quoniam ſine forma, & per ſe exiſtere nequit. Præterea ſecundùm ſe accepta habet ideam latius, proterea quod aliquo modo diuinam eſſentiam imitatur, pręſsius in compoſito præſtantiori, & maiorẽ imitationem ineſſe præſeferente, vnde etiã in prima notione ideam habere aliqualiter dicenda eſt. Idea autem eſt ratio in mente diuina ſecundùm rationem imitabilitatis rerum ad praxim, & contemplationem ſpectans; quare dicitur ratio, & exemplar, quæ cum ſit vna, multiplex dici poteſt.

De eſſentia Beatitudinis.

CONTROVERSIA XXVII.

D. Tho. 1. d. 2. q. 3. ar. 4. de eſſentia Beatitudinis differens de formali illam in potentia intellectiua locat: Beatitudo equidem eſt aſſecutio vltimi finis, quem intellectiua facultas, non æmula appetitiua cognitione orbata aſsequitur.

AEgid. ex aduerſo quolibeto tertio q. vltima ſententiam hanc nõ minus radicitùs extirpare nititur, quam Beatitudinem per ſe primò in voluntate locandam, qua obiecto ferè inſolubilliter aſtringimur, atq; adeò in illud tranſformamur omni ope contendit, non longè itur à Subtiliſsimo.

CONCILIATIO.

VVlgata, craſſaq; conciliatio circumfertur, Beatitudinem videlicet hominis formalẽ Compræhenſoris in intellectu, ſi quoad initiũ examini ſubdatur eſſe conſtituendam, in voluntate autem iuxtà actionis complementum, ſiuè antecedenter Beatitudo eſt intellectus, conſequenter, & terminatiuè voluntatis in obiecto appræhenſo perfectè, finaliter, voluptuosèq; conquieſcentis

224

ſcentis, quę tamen potius difficultatis euaſio eſt, cũ eſſentia illa vni tãtum potentię, vt vna queat ineſſe, quam integra ſolutio. licet Conciliationes oppoſitarum ſententiarum pingui Minerua ſint accipiendę.

De vbiquitate Dei.

CONTROVERSIA XXIIX.

D. *Tho.1.p.q.8.ar.4.& 1.d. 39.q.1.ar.3.num Deo eſſe vbique ità conueniat, vt ei ſemper, & ab æterno conuenerit dilucidans, in eam iuit ſententiam, vt diceret, Deo eſſe vbiq; ab æterno Neutiquam conuenire, cum vbiquitas locum, & tempus neceſſariò coexigat, quæ ſolum in tempore fuerunt.*

AEgid. 1.d.37.q.vltima non abhorruit ſcriptum reliquiſſe, non ſolum nunc, & ab orbe condito, verùm etiam ab æterno Deum vbiquitate fuiſſe gauiſum.

CONCILIATIO.

DEus ab æterno non fuit vbiq; abſolutè, cum loca, & tempora non ſic extra opificis mentem producta extiterint, ſed potius cum adito, quia Deus fuit ſemper in omni loco, qui eſt, & in omnibus rebus, quæ ſunt, ſiue pro eius immenſitate, ac in ſe ipſo. Adde ſecundò fuiſſe vbiq; potentia ni actu, & imaginatione ni re ipſa.

De qualitate Cæli Empirei.

CONTROVERSIA XXIX.

D. *Tho.2.d.2.q.2. 1.p.q.66. ar.3. de qualitate Cæli Empirei loquens, illud ex ſua natura lucidum, ac formale appellat non tamen actu radios emittens ne fortè apud nos perpetuus dies illuceſcat.*

Aegid.2.d.2.q.ar.2. dub. primo non tantum lucidum intuetur, verùm etiam de radiorum emiſſione plurimum lætatur, ſic enim erit

præſtan-

... Beatorum,& Angelorum ...
tas cuius interuentu ſe ſe inuicem videri poterunt.

C O N C I L I A T I O.

ET quia affirmatio , & negatio de eodem ſimul verificari non poſſunt in radiorum emiſſione poſita, nullus eſt concordiæ reliquus locus , Cælum namque illud non eſſe igneum à calore , ſed à ſplendore ſolum compertiſſimum eſt. Niſi quis fortè dixerit, Empireum emittere quidem poſſe radios ſed ſupra firmamentum terminatiuè, non (ob aſſignatam rationem) ad inſtar ſolis oculos noſtros ferientis , & ſuo ſplendore hebetantis ad terram vſque demiſſos. Dices, quomodo empireum cęlum poteſt eſſe Angelorum locus , & Thalamus cum nulla appareat operatio quam ibi Angeli exerceant ? Reſponſio ſecundum Scotiſtas eſt facilis, nam ſunt ibi per ſubſtantię præſentiam, mox per operationē. Cæterū Thomiſtis maior manet difficultas, nam prius per operationem eamque tranſeuntem, Angelos loco ineſſe volunt, cui confeſtim ſubſtantia adiaceat, operatio autem vix Cælo empireo aſſignari valet; Capreolus putat eſſe exornationem proprię preſentiæ ; quod reicit Caiet. quia exornatio præſentiæ prior videtur eſſe operatione, quare inceſſit in Scotiſtarū ſententiam; Caiet. videtur dicere Angelos eſſe in Empireo non tanquam in loco, ſed potius beatitudine, Quæ reſponſio non poteſt conſiſtere, cum Sacra Scriptura Empireum locum beatorum appellet , & Angelos omnes vel malos à beatitudine non cecidiſſe ſed ab Empireo ſatis conſtet ; Quas inſtantias videns, alterum reſponſum attulit, aliquid Angelos ibi operari, at nobis occultum ; At facilè eſt (Inſtat Rada.) ignoratione difficultates ſoluere omnes; Aliter Bannes ſoluere nititur nam Cælum illud habet influētiam in hæc inferiora in quæ aliquid Angeli poterunt operari, vt tanquam Angelicum inſtrumentum fęlicius influat; Quam reſponſionem refellit antedictus Antiſtes, quia Cælum illud eſt immobile, ſemotum à peregrinis impreſſionibus, haud capax tranſeuntis operis. Si reſpondeatur cum d. Tho:& Ægidio

225

dio eſſe in illo per virtutis applicationem , & quamcumque actionem , hoc eſt quod difficultâtem ſubminiſtrat, quæ nam illa actio eſſe queat,cum nulla appareat cælo apta. Si occuratur cum Argent. aſſerendo etiam actionem imanentem ; Refellitur ſtatim,quia actio imanens non egreditur extra ſubiectum. Rurſus quia actus imanens eſt impartibilis ſicut eſſentia, quæ iam relegata eſt a ratione locationis. Verum reſpondet ipſe in diuiſibiliorem eſſe eſſentiam actione, quę aliquo modo extenſionem admittit ; Ideo quatenus huic ſententię voluerim faue re dicerem , actionem imanentem in termino ad quem puta obiectum volitum , aut intellectũ,ni à quo productiui extenſionē & extra relationem habere ſatis congruam , quare poſſe locari vel tali actu Angelum , quando alia omnis deſideretur operátio expreſſa & exgreſſa,remanet verò quoad entitatem in ſubiecto propter quod à tranſeunte diſtinguitur totaliter permeante. Adeſt quoq; alia Caietanica reſponſio, Angelum per ordinem præ ſentiæ interuentu potentiæ valentis operari (actu licet non operetur) eſſe in loco ſaltim incohatiuè, ni perfectè, vti per operationem , quod ſatis eſſe debet, videndus D. Tho: 2. d. 37. q. 3. ar. 7. quolib. 3. ar. 4. quibus & 1. p. q. 52. ar. 1. omnem operationem,& omnem virtutis applicationem,ſiue qualemcumque, & qualitercumque proferentem, motionem , vnitionem , præſidentiã,continentiam,lumem, & quod libet aliud actiuè, atq; adeò etiam paſſiuè actum , ſiue præfacta (intelligendum) ſint nota , vel nè , per quæ omnibus ferè adhibitis reſponſis itur ex parte ſuffragatum . Ego dicerem Angelum quantitate virtu tis eſſe locabilem , actu verò locari (pręter ſuę voluntatis imperium) actione ab ipſo egreſſa,niſi in ipſo totaliter perſiſtente, (vt per quantitatem molis corporibus vſu venit) hoc verò ſecundum illationem , hic agit igitur hic eſt . Quod ſi contingat vt nihil agat ; (dimiſsis aliorum reſpõſis) dico eſſe illum in eodem loco per antecedentem rationem locationis qua factus eſt in actu, quæ non tollitur niſi ad alterum locum ſe applicet , ſic effectus in actu , non ſemper coexigit cauſam in actu eſercito, vt patet de domo, Fabricatore ſemoto.

F De

CONTROVERSIA TRIGESIMA.

D. *Tho. 1.p.q. 10.ar.6.2.d.2.q.ar.2. ſentit æuum eſſe vnum tantum in primo æuiterno ſubiectiuè, in cæteris per denominationem extrinſecam, quia æternitas, & tempus vnum.*

AEgid. 2.d.2.q.1.ar.2. tot eſſe æua, quot æuiterna arbitratur, quorum omnium prima extrinſeca menſura eſt Deus, & æqualis inter menſuram, & menſuratam eſſe debet.

CONCILIATIO.

SEcundùm menſuram internam tot poſſunt eſſe æua, quot æuiterna, ſecundùm extrinſecam relationem vni ſubiecto fundatam, æuum eſt vnum tantùm. Secundo æuum particulare, & prò vitæ epilogo multiplex eſſe poteſt, vniuerſale autem rerum menſura vnum. Tertiò pro menſura perfectionis æuum vnum eſt; ſic.n.ſunt Angeli ſpecie diſtincti alij alijs preſtantiores, prò durationis verò ſunt plura, & æque durabilia ęua, atq. æuiterna, tot tēpora, quot tēporalia. Quarto pro menſurante tempus vnū, æuum dūtaxat vnum, pro menſura menſurata plura. Soluit verò Doctor quęſtionē totā ex diſpari ratione inter æuum, & Tempus, quoniā illud eſt ſubiectiuè in æuiternis, at temporalia ſunt in tempore, quod per ſe eſt in primo Motu, ideo inanis eſt aduerſariorum illatio, Tempus vnum, igitur & æuum.

De ſubiecto primi AEui.

CONTROVERSIA XXXI.

D. *Tho, 2.d.2.q.1.ar.2. de metro vnius æui verba faciens ad Angelum beatum ſe reuocat, ſiue ob gratiæ plenitudinem, ſiue ob naturalia alijs ſplendidiora.*

AEgid. 2.d.2.q.1.ar.2. ob gratiæ plenitudinem animam Chriſti eligit, quoad naturalia verò luciferum tanquam primum.

CON-

SI naturalia ſecundùm eſſe naturæ præciſè, ac propriæ conſtitutionis ſpectauerimus, quoad iſta primas damus Lucifero, cui vel poſt lapſum naturalia integra permanſerunt; atqui ſi in genere moris, quia in bonum, & in Dei obſequium propenſionem amiſſit, Angelo beato. Rurſus ratione maioris participationis æternitatis, ſubiectiuè lucifer primam ſibi ſedem vendicat, Angelus beatus obiectiuè Deo proximior, iucunditate plenior.

De menſura viſionis beatæ.

CONTROVERSIA TRIGESIMASECUNDA.

D. *Tho. 1.p.q. 10.ar.5. apertè ſatis inſinuat viſionem beatam non æuo, ſed participata æternitate menſurari.*

Ægid. 2. locis citatis, æuo menſurari exiſtimat, quandoquidem viſio eſſe permanens habet, ac perinde æuo, non tempore menſurabilis.

CONCILIATIO.

HAnc quæſtionem, præterquam quod eſt de æuo cum temporis excluſione, ſolum de nomine eſſe puto, quia Doctor Fundamentarius Aeternitatem participatam æuum vocat, & è contrà locis allegatis non ſemel. Secundò æternitas participata conuenit cum æuo, quia ambo ſunt menſuræ rei ſtabilis, vt eſt viſio, differt quoq; quia æternitas participata conſiderari poteſt vt altior, & ordini diuino proximior, ideo viſio beatifica eiſdem menſurari, & non menſurari poteſt.

De Angelorum multiplicatione.

CONTROVERSIA TRIGESIMATERTIA.

D. *Tho. 1.p.q.50. ar.4. plures Angelos ſub eadem ſpetie reperiri poſſe damnat: nam ſunt materiæ expertes, & per ſe ſubſiſtentes formæ; ex quo quidam inferunt neq; de potentia Dei abſo-*

poſſibilem.

AEgid. quol. 2. q. 7. præfactam difficultatem examinando, ſaltim ad ingenia exercenda contrariam partem amplectitur; præſertim ſi ſubeſſe diminuto forma illæ à Deo pro libertate crearentur.

CONCILIATIO.

DE facto plures Angelos ſube eadem ſpecie numero diſcretos non reperiri conſentiunt ambo, de poſſibili difficultas ſupereſſe poteſt; Idcirco hoc reſecantes. Primo dicimus primam ſententiam veram eſſe reſtrictam ad legem ordinariam, non ita ad potentiã Dei abſolutã per non repugnantiam facti. Addimus ſecundo poſſe eſſe, & de facto reperiri ſub eadem ſpecie plures Angelos, ſi ſpecies latiùs ſumpta fuerit, quemadmodum ens prò genere, alioqui ſi in propria natura, & rigorosè. Subiungimus tertio nil repugnare, reperiri plures tales ſub ſpecie ſubalterna, plurimum verò ſub ſpeciacialiſſima impartibili, ex quibus multorum Patrum diuerſimodè loquentium concordia haberi poteſt. Poſtremò adde poſſe eſſe plures ſub eſſe diminuto, & huius vniuerſi ordine permutato, quæ cum de potentia Dei dubitatur, locum ſemper habere ſolent.

De Angelorum ſede.

CONTROVERSIA xxxiv.

D. *Tho. 1. d. 3. q. 3. ar. 1. Angelum in loco per operationem conſtituens, aliquando nullibi eſſe poſſe, ſi nihil egerit concedit.*

AEgid. eadem d. q. 1. id inficiatur, nam propter nexum vniuerſi circa corpoream molem aliquid ſemper exercere ſubſumit.

CONCILIATIO.

SI actio fiat cum tranſmutatione obiecti, vel patientis cum talis actionis ſuſpenſione Angelum alicubi degere non repugnat, non. n. agendo materiam ſemper tranſmutat,

tat, ſi per ſolam, & quamcumq; virtutis applicationem actio procuretur, propter nexum vniuerſi inter corpoream, & ſpiritalem creaturam intercedentem ab actione numquam ceſſabit, ac proinde nullibi eſſe nunquam poterit. Secundo qui dicunt (vt Cumel) Angelum ab opere ceſſantem, tanquam partem in rerum natura non in loco futurum partem per accidens, ſaltim in loco eſſe non aduerterunt, eo minus, quo Angelus tanquam pars principalis vniuerſum cointegrat: Non prætermittendum tertio, Angelum ni reipſa, ſaltim per imaginationem in loco ſemper eſſe debere, quia mens, Angelum appræhendens, tanquam locatum contemplatur. D. Tandem Tho. Theologicè philoſophatus videtur Angelum natura, & operatione liberum, & alicui moli minimè adictum conſiderando. Ægid. magis phyſicè; qua ratione philoſophus, Intelligentias, orbes inceſſanter mouere, neq; ab eis diſcedere poſſe conſideraui, quod cùm falſum ſit, ſub veritatem cadit, Angelos circa corpus aliquid continuò moliri; quæ difficultas apud confitentes Angelos in loco per ſubſtantiam nulla eſt. Angeli verò poſſunt eſſe in loco per ſubſtantiam Scotice tanquam per rationem antecedentem, & minus principalem, per operationem tranſeuntem tanquam per poſteriorem manifeſtatiuam, magis propriam, quia vbi operantur ibi ſunt. Rurſus ſi verum eſt quorundam placitum Diuum Thomam nomine virtutis, aut quantitatis virtualis ſubſtantiam intelligere potuiſſe, nullum cũ aduerſarijs diſſidium reliqum erit, quia omnibus præfactis modis erunt in loco. Valent. Nos diceremus Angelos eſſe in loco per operationem tanquam per cauſam illatiuam, ibi operantur, igitur ibi ſunt: tanquam verò per cauſam in eſſendo à priori per quantitatem virtualem internã, qua locabiles efficiuntur, voluntatis arbitrio executioni demandandam.

De

CONTROVERSIA XXXV.

D. Tho.1.p.q.52.ar.3.& 1.d.37.q.ar.3.plures Angelos in eodem loco eſſe poſſe eo fundamento negat, quia vnius effectus non poſſunt eſſe plures cauſæ totales perfectæ, ac immediatè, quare cum per operationem ſint in loco, niſi abundare velimus ſolitariè degant neceſſe eſt.

Aegid.1.d.37.q.3. conuenit de concluſione, diſsidet de fundamento, quoniam cum Angelus ſit Agens liberum, (& ſi perfectum) re miſsiùs agere poterit, nec non in operatione ſua ſocium expoſcere, vel non recuſare.

CONCILIATIO.

ANgeli poſſunt eſſe plures in eodem loco, ſi remiſſius egerint, quod facere cum ſint natura, & eſſentialiter liberi non prohibentur, non poſſunt, ſi toto conatu, & de proxima, & totali cauſatione locutio ſit, quæ vna tantum eſſe poteſt. Alij diſtīgūt de loco inadęquato, & adęquato, quod dimittimus cū ratio D. Thomę abſoluta eſſe videatur, propter quod etiā non meminimus de loco materialiter, aut formaliter accepto, .i. ſecundum eaſdem, aut diuerſas operationes, de quo quia plures in eadem ſede eſſe valeant, dubium non videtur. Silentio quoq; inuoluimus, quod quidam enunciauerunt, concedēdo Angelos malos plures tāquā inordinatos, non bonos eidē loco ineſſe poſſe Can. Aegidij fundamentum cur plures in eadem ſede eſſe nequeant eſt, quia quæ ſunt ſecundum eandem rationē in alio plura eſſe nequeunt, Ideo vna ſola anima rationalis, quoniam īmediatè informāter ſecūdum eſſentiam corpori ineſt, vna ſola numero albedo, vel nigredo, quia ſecundum eandem rationem inhærentiæ, vnum dumtaxat corpus in vno loco, propterea quod, per eandem quantitatem, ſic omnia corpora loco inſunt, quare cum Angeli omnes loco inſint per operationem, vel virtutis applicationem (etſi ſpecie diſtinguantur omnes) non poſſunt plures in eodem eſſe loco. Vaſquez infert

ex ijs

 228

ex ijs non colligi negatiuę vniuerſalitatem; Verum cum tot non habeant pro parte oppoſita, in tali materia præfacta ſufficere debent. Certum eſt. n. non eſſe impedimento materiam qua Angeli carent, non quantitatem molis, quam non habent, igitur vel cauſandi modus perfectus primo loco adductus, vel eadem ratio ineſiſtendi obſtabit. Ideo nil refert antedictorum alias nos poſſe reddere rationes, cur nequeant in vnũ ſic plura conuenire, quia alteri ſcilicet plura accidentia ſolo numero differentia, vel contraria in eodem ſimul ſtare nequeunt; Rurſus non dari in eodem plures animas rationales, vel quia quod eſt vltimum vnum tantum eſſe debet, vel quia vna pro effectu in corpore præſtando ſat eſt; Et tandem plura corpora in eodem loco eſſe non poſſe, quoniam cum non detur illorum penetratio quantitatis mole impediuntur, ratio tamen adducta eſt pulcra ex eodem modo, & ratione ſe habendi, & idoneæ pro negatione aſſerti congruentiæ cui ſtare in tali materia abſcondita ſaltim probabiliter, & animo conqui eſcere debemus Vide d. Tho. ad ſecundum, & tertiũ, & hauries plenam conſenſionem. More Scotico ſi loquuti fuerimus per ſubſtantiam, difficultas nulla erit pro hac quæſtione, quę de potentia naturali Angeli non Dei mota eſt.

De altitudine Sedis Angelicæ.

CONTROVERSIA XXXVI.

D. Tho. loco proximè allegato de magnitudine Angelicæ ſedis diſputationem texens, ab ea ſententia non receſsit, vt diceret Angelum locum maiorem ſemper aſcendere poſſe.

A Egid. allegata quaſt. ad tanquam minus verum reicit, ſi namq; Angelus terminatæ ſit naturæ, & actionis, ad ſublimiorem ſcanſionẽ aditum ſibi in magnitudine intercluſum adoriatur oportet.

CONCILIATIO.

ANgelum ſi ſimpliciter aſcenſum ad ſupera loca moliri aduerteris exturba, rationem ob aſſignatam; ſi infra propriæ

priæ virtutis euacuatione ſemper poterit.

De profunditate Angelicæ Sedis.

CONTROVERSIA XXXVII.

D. Thomæ parum fuiſſe ſuperioribus locis Angelum aſcendere, ſemper poſſe pronunciare, niſi ob illius virtualem in quo forſitã eſt continentiam in loco impartibili conſiſtere valere affirmaſſet.

Aegid. Angelum in loco per operationem eſſe inhibi ponderans, Angelum in puncto haud locandum, quia ibi operationem edere non poteſt extimat.

CONCILIATIO.

ANgelũ in loco per ſubſtantiã fac eſſe, & eũdẽ in puncto eſſe nõ repugnabit, atſi (vt aſſeritur in ſchola) in loco cõſtitueris per operationem impoſſibilitas actionis emanare videtur in impartibili loco. Præterea ſi actio Angeli ſit extenſa, (ſicuti omnes ferè eſſe videntur,) vix per illam in puncto conſtare poterit, quod non eſt extenſionis capax: Cæterum in loco eſſe indiuiſibili non repugnabit, qua ratione non eſt molle impediente præpeditus, operatioq; ſimplex haud diſſimiliter ſi lata fuerit. Vaſquez Doctoris rationem robore carere (ni fallor) affirmat aduerſus Proferentem primum allatam, nam angeli per ſubſtantiæ vnitionem in puncto eſſe poterunt; Verum enimuerò longè aberrat iſte, quandoquidem Aegidius argumentum deducit ſuppoſita opinione Angelici ac propria, quod Angeli ſint in loco per operationem, quo ſtante ſi nullam (vt oſtendit) poterit facere operationem in puncto ibi certè eſſe non poterit; Quocirca argumentum niſi ſimpliciter, ad hominem eſt efficax. Cumel quomodo poſſit ineſſe Aug. puncto, oſtendere non repugnanti exemplo nititur.

De

229

De Eminentia Intellectionis Angelicæ.

CONTROVERSIA XXXVIII.

D. *Tho. 1. p. q. 55. ar. 3. Angelos quò ſuperiores ſunt, eò paucioribus ſpeciebus, qua ratione Deo magis aſſimilantur per vnicam ſuam eſſentiam cuncta intuenti intelligere docet; quam ſuperiorem abſolutam, & ſecundùm ſpeciem nonnulli intelligendam contendunt.*

AEgid. 2. d. 3. q. 2. ar. 2. dub. 4. de cognitione Angelorum q. 8. ſuperioritatem illam non abſolutè, & ſecundùm quemcumq; exceſſum in ſpecie, ſed potius reſpectiuè ſecundum Hierarchiarum ordines accipiendam diſcutit.

CONCILIATIO.

QVæ pro illa ſententia Doctor S. aduxit examinantes, ita illam explicationem ſecundùm ſpeciem amplexatum exiſtimamus, vt ſecundum ordinem Hierarchiarum minimè refutarit, ſicut AEgidium huic ſic adhæſiſſe, vt abſolutam ſecundum ſpeciem maioritatem non deſpexerit. Si quis tamen plures Angelos ſub eadem ſpecie conſtitueret, Is in acceſſione ad Deum per ſuam eſſentiam intelligentem minoribus difficultatibus præmeretur, quàm tot Angelorum ſpecies multiplicando; eſt nihilo minus extra ſcholam pronunciatum; conſenſus itaq; eſt, ſuperioritatē illam, vel ſecundùm ſpeciem, vel Hierarchicum ordinē omninò forè intelligendam.

De primi Angeli ſpeciebus.

CONTROVERSIA XXXIX.

D. *Tho. locis citatis (ſecundùm quorundam explicationem) primum Angelum creatum, aut creabilem ob allatum fundamentum per vnam dumtaxat ſpeciem intelligere ſibi perſuaſit, vel certè non repugnare.*

AEgid. locis pariter adductis ab explicatione illa deflectere bonum

[illegible]

CONCILIATIO.

ANgelum per vnam ſpeciem de facto intelligere non arbitramur, quamuis de poſſibili poſſe, neq; Auctores ad factum, aut ad impoſſibile alligandos, vel enim per vnam tantum ſpeciem non fit intellectio, vel in præfacto primo Angelo non neceſſariò, idcirco Doctor Sanctus ſecundò cont. Gent. cap. 94. Angelos per vnam ſolum ſpeciem intelligere negaſſe viſus eſt. Nobis inſuper diſtinctione hac vti placuit, primus Angelus per vnam ſpeciem intelligere poteſt, ſi eſſentia qua ſe, & naturæ ſuperadita intelligit inter ſpecies, non ſolum vt res computetur, per plures, etiam ſi eadem cum ſpeciebus quibus exteriora intelligit non numerata fuerit, Affirmatio tandem arridet non ſecundum actualem, ſed ſecundum non repugnantem exiſtentiã.

De repræſẽtatione ſpecierũ Angelicarũ.

CONTROVERSIA XL.

D. Tho. 2. d. 3. q. ar. 2. ſuperiores Angelos ſuarum ſpecierum interuentione ita intelligere pronunciat, vt plura, quàm inferiores multis illis vniuerſalioribus, & paucioribus intelligant.

Aegid. 2. d. 3. q. ar. 2. dicb. 3. ſuperiores Angelos plura inferioribus apprahendere ait, propterea quod quæ paucioribus ſuperiores eadem omninò pluribus ſpeciebus inferiores percipiunt, vt ſit ex parte omnium æqua obiectiua ratio.

CONCILIATIO.

D. Tho. in Summa quomodò ſpecies illæ vniuerſaliores cenſeantur expendens in repreſentando, tales dici cenſet, quià plures naturas præſentent; de ver. q. 8. ar. 10. quià plures rationes; loco in controuerſia citato, quia plura ſubiaceant cognitioni naturali ſuperiorum, quàm inferiorum Angelorum, item quia ſuperiores clariùs, & perfectiùs idem cognitum, quam infe-

830

inferiores capiunt; quæ tamen à multis eius Sectatoribus reiciuntur. Vnde ſi quæ D. Tho. habet vniuerſim conſideremus, nulla adeſt diſcordia, nam vniuerſalitas in ſuperioribus pluralitati ſpecierum in inferioribus æquatur; non excedit in repreſentando, ſi ad particularia eius dicta per poſteriorem doctrinam Summæ limitanda reſpexerimus. Sic concordia longè abeſſe etiam eodem Auctore non videtur, alioqui diſcriminatim ſumendo loca citata.

De ſimultate cognitionis Angelicæ.
CONTROVERSIA XLI.

D. *Tho. 1. p. q. 5. p. ar. 2. Angelos intelligere plura vt plura ſimul non arbitratur, at potius per modum vnius, hoc eſt per vnam ſpeciem, & ſi quæ intelliguntur ſint multa; ſubeunt enim rationem vnius obiecti intelligibilis, & termini vnius cũ ſpeciei aſſimilatione.*

Aegid. de cognitione Angelorum q. 7. non ſolum per modũ vnius, verùm etiam per modum plurium intelligere ſimul concedit, tàm ratione obiecti, quàm medij.

CONCILIATIO.

SI loquimur de cognitione rudi, & confuſa, Angelus & intelligit, & intelligere poteſt plura per modum plurium, ſiue vt plura; Si verò de cognitione plena diſtinctaq; parti neganti fauendum eſt, quia non poteſt Angelus actualiter plenè diſtinctè ſuper plures ſpecies, & obiecta per voluntatem conuerſionem facere. Secundò dicimus Doct. Sanctum loqui de cognitione, quæ fit per ſpecies naturales congenitas aliorum à ſe, & de ſpeciebus, quæ ſunt eiuſdem ordinis infuſi, Doctorem noſtrum de cognitione, quæ fit per ſpecies diuerſi ordinis, qua ratione ſe, Deum, extrapoſita pluribus ſpeciebus, & modis ſimul intelligit.

CONTROVERSIA XLII.

D. *Tho. 1.p.q.59.ar.3. de futurorum contingentium cognitione mentionem faciens, Angelos ea non certò, at ex naturalibus cauſis neceſſariò pendentia indubitatè cognoſcere profitetur ex certa earundem colligatione.*

AEgid. 2.d.1.q.2.ar.1.effectus vel neceſſarios cauſarum naturalium ab Angelis omninò certitudinaliter cognoſci negat, quandoquidem cuncta ſub Deo poſita varietati ſunt obnoxia, ipſiusq; præpotenti voluntati ſubiecta.

CONCILIATIO.

PRima ſententia accipienda venit ſecumdùm aſſuetum ſecundarum cauſarum ordinem, ac diſpoſitionem, quę ad vnum directæ, & vt neceſſariæ infallibiliter agunt; altera verò in relatione ad Deum prò ſua voluntate cuncta mouentem, commutantem, & à proprio tramite, vel neceſſaria exturbare valentem. vt de Sole patet in Ioſue, &c.

De occulta Angelorum cognitione.

CONTROVERSIA XLIII.

D. *Tho. 1.p.q.57.ar.4. de occulta ſecretorum cordis cognitione diſputationem inſtituens, eam ab Angelis relegat, Deoq; cordis rimatori, atq; voluntatis dominatori ſoli ſubijcit, quæ ſuapte natura occulta, pro libera facultate cogitantis alteri propalantur.*

AEgid. 2.d.7.q.ar.2.de cognitione Angelorum q.11. Angelicæ cognitioni plus tribuiſſe viſus eſt, nam eos ſpecies quibus nos, & ipſi cogitando vtimur ſaltim generatim penetrare, affirmare non eſt veritus. Quæ cordis ſecreta ſecundùm ſe alijs abſcondita eſſe vterque Doctor conſentit.

CON-

QVoniam de fide tranſit ſolum Deum eſſe ſecretorum cordis rimatorem iuxta multas apertas ſacræ ſcripturæ auctorita tes, & pręſertim ſecundo Paralip.cap.6. Tu ſolus noſti corda hominum (nota, ſolus) & Hier. 17. Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile quis cognoſcet illud. Ego dominus; factum eſt vt Theologi ratione duce in varia placita, & dicendi modos in huiuſmodi diſſolutione diſtracti fuerint, cum etiam Angelis hoc poſſe comunicari ſecundum naturæ vires multis viſum ſit. Vnde concordiæ anhelantes principio cum Durando dicere poſſemus, Deum cognoſcere cordis ſecreta præſentia, & futura, Angelos ſolùm pręſentia. Secundo cum Heru. Dei hoc eſſe proprium perfecte, & omni cognoſcendi modo, Angelis quid ſint,& circa quod verſentur, atqui non ſecundum omnem gradũ intenſionis. Tertio cum Henrico poſſe Angelos ſecundũ ſubſtantiam actus, non ità quoad finem cogitantis,ſic aliquem amare, nùm verò caſtè an libidinosè ignorant. Quarto ex Baſſ. Deum de facto, Angelos de poſſibili cordis cogitationes, & voluntatis affectiones penetrare. Verum iſtis reſponſis non itur ſupra factis auctoritatibus, & conſimilibus ſatisfactum, ibi etenim dicitur. Tu ſolus, igitur Angelus non debet eſſe comes in penetratione partuum mentis; Sed dicent non dari ſocium in cognitionis paritate, quia Deus altiori modo eas intelligit, Cæterum hoc eſt inane dictum, quoniam totus ille effectus Deo reſeruatur. Tu ſolus noſti corda hominum, igitur relega tur omnis alius cognoſcens à toto effectu; Additur, inſcrutabile cor hominis, quod vocabulum potentiam (ne dum actum cognoſcibilitatis negat) igitur vi innata Angelus à participatione ſecretorum in notione ſegregatur. Sed reſpondet Scotus, Deum ſolum cognoſcere cogitatus cordium vniuerſaliter, vt Iudex, & ex propria perfectione, cum ab extrinſeco nequeat impediri, Angelos verò viribus naturæ ſub alio titulo, licet non de facto cognoſcant, Quæ ſolutio anteriori premitur inſtantia; qua in re mirabile cernitur huiuſcæ viri ingenium, vt qui concedat, immò contendat Angelos præditos potentia natura

ſit fruſtrà alioqui calceamentum cuius nulla eſt calceatio, aut certè id non curet; præterquam quod ex hoc reſponſo Deum ſecũdarũ cauſarum ſuum curſum facere, & iuxtà inſitam vim ſi ne impedimento, & extorſione operari, non permittere conficitur, cuius oppoſitum perſonat Sanctorum Patrum Schola. Fortè dicet quis pro eo, potentias illas præfacto actu orbatas inanes non eſſe, quoniam alijs ſunt muneribus deſtinatę, quia ſcilicet de facto noſcunt & amant alia obiecta; Quod ſi dicatur, vanum planè eſt fateri conceſſionem potentię naturalis ad ſecreta cordis cognoſcenda, cum perpetuò eorundem actuali cognitione priuentur; quod ex eodem confirmo Auctore, nam cordis cogitatio eſt ens actu, & in proportione cognoſcibilitatis de ſe poſitum in intellectus ambitu clauſo, igitur vana eſt potentia ad illud cognoſcendum producta, & in parte obiecti exercitatione orbata, cum non cognoſcat de facto, vt ex eius ſententia aſſeritur, ea ſcilicet ratione, quia Deus ſecum non concurrit; Ideo ad auctoritates allatum eius reſponſum minus videtur quadrare ſoluendo, nam extra litem eſt, Deum vniuerſaliter quoad modum, & quoad rem cognitam ſe habere, licet ei non ſubtrahatur particularitas, & diſtincta cognitio, illum eſſe iudicem, & ex propria perfectione ita iſta habere, vt puta nullo alio, neq; ſuperiori, quem non habet, neq; inferiori, qui ei obedit, neq; æquali impediri valeant, vt per indè multum ei detrahatur, dum Angelis ſecretorum cordis penetrandi fiat conceſſio. Propterea Recentiores, & non nulli eius Aſſeclæ his difficultatibus perplexi, ex vna parte Scoti defenſioni ſtudentes, ex alia auctoritatum Sacræ Scripturæ pondere preſſi, dixerunt Deum ſecreta cordis cognoſcere ſe fateri, non ratione aliqua conuincente, ſed ſolum pręfatorum locorum clara ſententia, & ideò recta eſt Angelici opinio non poſſe ab alio, quàm à Deo cordis ſecretum hominis, aut Angelorum cognoſci, quoniam à voluntate cauſa libera abſolutè pendent vt producantur, abſcondantur, detegantur, cuius dominium ſoli Deo eſt reſeruatum, à quo ipſo non recedit Fundatiſſimus Doctor, ſic etenim voluntatis

232

tatis affectiones, ſecundum ſe, non vt in effectu poſitæ, & à cauſa productiua pendentes conſiderantur, qua ratione cognoſcibiles eſſe poſſent, & vt ad ordinem liberum, non ad naturæ ſeriem ſpectant, ſed quid de illorum controuerſia? Dico in hoc eſſe conſtitutam, quoniam D. Tho. ad ſecundum negat Angelos cognoſcere ſpecierum vſum, quarum cognoſcunt modum, quod argumento quodam demoliri nititur Columna in corpore quæſtionis, aſſerendo Angelum vnum non ſolum poſſe cognoſcere alterius cogitantis ſpeciē, & modum, ſed etiam illarū vſum quandoquidem Angelus cognoſcere poteſt alterum Angelum cogitare (gratia exempli) de fuga, & de inimico, ſed quoniam rectùm eſt iudex ſui, & obliqui non cognoſcit formalitatem fugę, num videlicet, de illa cogitet proſecutiuè, an negatiuè, vel de quocunq; alio interiecto particulari ſub illa fuga. Quò circa vnico verbo ſub his euaneſcit cōtradictionis vmbra; quia Angelus in generali tantùm, non in ſpeciali ſpecierum vſum valet penetrare, cuius determinationis modum ignorat ſpetialem obuaria quæ ſub illa ſpetie contineri queunt. Verum quid dicendum ad Scoticum argumentum? quidam dicūt Iuniorum cogitationem, & ſi ſit ens in actu, eſſe tamen extrà latitudinem obiecti intellectus, non minus quam futura contingentia locanda; Alij Angelos id non cognoſcere, quia caret ſpeciebus cordis ſecreta repręſentātibus. Greg. Arim. negat prę factam cognitionem, tum quia cogitatio eſt entitas exilis, & varia, tùm quia non inhæret intellectui cognoſcentis Angeli. Sed inſtant Moderni, quia hoc eſt quod quæritur, cur nequeat ineſſe ſubiecto cognoſcentis, ex quo petitur principium: Prò quo dicendum puto, rationem eam eſſe, quià ex modica entitate deſideratur ad potentiam congrua proportio. Ego verò ad hanc difficultatem ita reſponderem, habita ſcilicet ratione ad obiectum cognobile, & ad entitatem de qua diſceptatio eſt, Idcircò entitatem illam Angelum non poſſe cognoſcere, quoniam ſecretum, vt ſecretum formaliter, & compoſitè latet in profundo puteo cordis, ac propterea vt ſic incognoſcibilitatem contrahit, & quodamodò vt cognoſcatur, contradictionem inuoluit, ſecùs materialiter acceptum, & vt ens.

De

De Angelorum illuminatione.

CONTROVERSIA XLIIII.

D. *Tho.1.p.q.106.ar.1.& inter Angelos illuminationem reperiri, & in intellectus roboratione per ſuperiorem in inferiorem Angelum, conceptusq; explicatione conſtitutam ſuadet.*

AEgid.2.d.9.q.1.ar.5.ex illa explicatione vnum Angelum alteri ſubſtantialiter illabi, ac proinde ſuperiorem in inferiorem agere deducit, quod tamen ſoli Deo reſeruatum videtur: quapropter illuminationem Angelicam per ſolam externam veritatis propoſitionē fieri autumat.

CONCILIATIO.

SVnt qui D. Thomam in ſecundo ſenſu explicent, quo dato, nulla eſt controuerſia, ſed fac iuxtà priorem intelligatur, ſicuti omnino intelligendus videtur, in promptu eſt controuerſię diſſolutio, admittimus. n. Angelum vnum in alterum agere poſſe artificialiter ad modum docentis, & extrinſecè veritatem propoſitam explanando, non verò Phyſicè, & realiter per intrinſecum illapſum, aut motionem ex Caiet.

De Angelorum locutione.

CONTROVERSIA XLV.

D. *Tho.1.p.q.107.ar.1. Angelos inuicem loqui conceptibus, aut cogitationibus per intellectum efformatis in alterum voluntate ſua directis expreſſit, ex qua per voluntatem conceptuum ordinatione euenit, vt arbitratu ſuo Angelus alteri loquens verbum celet, aut pateſaciat.*

AEgid.2.d.10.q.3.ar.1.obijciendo illam voluntatis directionem in alterum Angelum ſuapte natura ignotam eſſe, eos per verbi expreſſionem, per ſpiritalia ſigna, & per nutus loqui magis ſibi complacet.

CON-

233

CONCILIATIO.

ANgelos ſignis, aut etiam nutibus inuicem loqui bifariam vſu venire poteſt, vno modo ſi ſignum ſumatur latius pro ſpetie, aut quocumque noto quod in alterius notitiam inducat (quod eſt ſigni proprium) altero ſi præſsius, pro ſigno externo, & nutu extrinſeco, primo modo non negatur a Doctore Sancto de ver. q. 9. ar. 4. ad 12, nam in actu ſpetiei congenitę intellectus vnius Angeli ordinatur ad alterum; Secundo verò modo loquitur Doctor quatuor modis patefaciendo Angelos ſibi inuicem loqui dub. 5. & 6. citatæ queſtionis qui ad duos rediguntur, vt pote ad ſigna ſpiritualia verbi expreſſiua, & ad ſuæ virtutis applicationem ad aliquod corpus, eiuſuè figuram triangularem, aut quadrangularem; De cuius opinione ad locutionem Angelicam requiritur verbi in mente formatio, eiuſdem per ſigna expreſſio ſpiritalia, & voluntatis ad alterum Angelum ordinatio; quam ordinationem cum conceptu non eſſe ſatis oſtendit, quia illa voluntatis ordinatio eſt ſoli Deo nota, cuius habet imperium, non Angelo niſi reuelatione, aut ſigni manifeſtatione, de quibus Glo: ſuper illud D. Pau. 1. ad Cor. 13. Si linguis hominum loquar & Angelorum.

De pœnis Dæmonum.

CONTROVERSIA XLVI.

D. *Tho. 1. p. q. 64. ar. 4. cont. Gent. 4. cap. 90. Dæmones ab igne inferni per alligationem torqueri defendit, quàm contra ſuam voluntatem patiuntur, & à qua ſe liberare nequeunt.*

AEgid. quolib. 2. q. 9. 4. q. 15. Dæmones ab igne inferni cruciari autumat, quoniam ab eo diuinæ Iuſtitiæ inſtrumento deriuatur ſpecies quædam illorum intellectum affligens, ac permutans.

CONCILIATIO.

QVia etiam Aegid. confitetur Dæmones torqueri per alligationem penès hoc nulla diſceptatio erit, quod ſi demus

 (vt puto)

ri,erit plena conſenſio, vel demum producta ſpecies in illorum intellectu ligamentum faciet, & ita gemina eſt aſſignata cruciatus dæmonum cauſa.

De auditione locutionis Angelicæ.

CONTROVERSIA XLVII.

D. *Tho. 1. p. q. 107. ar. 5. quibuſdam Angelorum loquentibus omnes alios audire, vel poſſe negat, ſiquidem locutio per eum ſit conceptuum arbitraria directione; quare ſolum illi intelligent, quibus conceptus fuerit ordinatus.*

AEgid. 2. d. 10. q. 3. ar. 1. de cognitione Angelorum q. 12. 13. abſurdum non reputat, ſi Angelus loquatur alijs ad placitum illius percipientibus, nam locutio fit per ſigna ſpiritalia, quæ ab aduertentibus prò libito videri poterunt.

CONCILIATIO.

CVm ſigna, quibus loquêtes vti valent, poſſint omnibus eſſe nota per ſe eſſe (ait Doctor) quod loquentibus ijs, ab alijs intelligatur locutio, per accidens quod non audiatur. Secundo quod locutio non percipiatur reſpectu inferiorum Angelorum eſſe poteſt, quibus vniuerſalioribus ſuperiores ſpeciebus loquuntur, nõ ſic ſi inferiores loquantur, quorum locutio à ſuperioribus perfectioribus percipietur, ſic homo idiota, quę vno verbo dicentur, non percipiet, ſed uir doctus; Confirmatur, quià de ſententia D. Thomæ ſuprà relata, ſuperiores plura intelligere, quam inferiores valent, igitur loqui poterunt, & arbitratu ſuo alijs conceptum celare, igitur ſaltim de potentia, & arbitrariè, niſi regulariter, & ex conſuetudinę, ſiue de facto ſecretò loquantur. Tertio deniq; ſi locutio ſit etiam illuminatio ab omnibus preſertim inferioris notæ non intelligetur, ſi verò merè locutio ab omnibus percipi poterit, deq; rebus notis, quoniam illa eſt altioris ordinis, & à veritate prima abſolutè pendens prò rei magnitudinę huic, non illi apponenda, & committenda.

De

CONTROVERSIA XLVIII.

D. Tho. 1.p.q.53.ar.2., & 1.d.37.ar.2. Angelum ab vno ad alterum extremum pertranſire poſſe ſine medio nihil operando, & prò libito actionem ſuſpendendo arbitratus eſt.

AEgidius 1.d.37.q.2. in præfatam ſententiam non iuit, ratio etenim colligationis Vniuerſi Angelum ſemper aliquid operari, & alicubi eſſe exigit, ne oppoſitum dando eius diſſolutio immineat, & ſummi Principis Dei principatus vnitas diſſoluatur.

CONCILIATIO.

SI medium impartibile exiſtat, infinita puncta continens, ſine medio tranſitus fieri poteſt, cùm medio ſi ſit partibile, puncta potentia infinita pertranſibilia habens, Doctor Sanctus loco ſecundo ſuprà citato, quo loci non ita motus diſcreti mentionem facit. Secundò dicunt quidam veram eſſe primam Aſſerentis opinionem de medio extrema participante, non verò per negationem accepto, quam diſtintionem ex diſceptatione obiectorum neceſſariam non opinamur. Tertio mentes abſtractas circa corporea aliquid ſemper moliri verum eſt, non ob operis externi indigentiam: verùm colligationis Vniuerſi inter corporalia, & ſpiritalia ob neceſſitatem. Quartò tranſitū inter extrema medio haud tacto ſpeculatiuè (vt dicunt) non practicè, fieri poſſibile eſt, vt pote quia cogitans de urbe præclariſſima Vincentiæ, & Romæ nil de Bononiæ ciuitate cogitare poteſt Doctor. Quintò prima poſitio verior eſt ſecundum Theologorum decreta Intelligentias maiori libertate donantium & motum alterum à continuo excogitantium, quam ſecundum Ariſtotelis principia de continuo formaliter dumtaxat ediſſerentes. Nobis tandem huiuſcemodi controuerſia ſic dirimenda venit, ſuppoſito quod Angeli iuxta præfactorum opinionem ſint in loco per operationem ad illorum libertatem de lege exercitam, vera eſt poſitio prima poſſe Angelos tranſire ab vno ad alterum extremorum ſine medio, in quo nihil operari

lecti, & coexiſtentis inter illa extrema ob naturæ in rerum ordine plenitudinem, corporaq; à loco pendentia. Videnda eſt præterea ſolutio gemina in fundamento, & in ſolutione quarti argumenti, quam adhibet ad dicta Auctoris primi Ægidius; Ex quibus viderint aliqui controuerſia hæc ſit ne re ipſa talis; an potius captioſa; Et quoniam habet Ægidius Angelos circa corpus ſemper aliquid operari teneri ob allatum conexionis vniuerſi fundamentum aduerſus ipſum non impugnandi, ſed aliorum ſolutionem audiendi gratia, ita argumentor, Angeli ſunt eſſentialiter liberi, igitur non eſt neceſſe, aut non tenentur, aut non ſemper circà corpus operantur, ſed prò ſua innata libertate actionem ſuſpendere valent, ac proinde aliquando nullibi eſſe, quod ipſe inficiatur; conſequentia deducitur ex antecedenti conſpicua; & illud probatione aliqua non æget in Theologorum, & Eccellentiſſimorum virorum ſchola; ſi namq; diſtinctione de libertate quoad ſpecificationem quis vtatur; eam ad rem non facere certum eſt, quia de exercitio deductum eſt argumentum, & illa aliò tendit, ad conſimiliter aſſumptum locum ad coactionem, vel aliquod aliud extrinſecum, minus eſt confugiendum, vt de ſe patet, neq; ad Deum ipſum, quia Angelos in ſua libertate conſtitutos ſumimus, cui nil magis complacentiæ actus quia liber valet prodeſſe. Neque aliqua actuū diſtinctio quia ad illos producendum quoſcunq; Angelus, ſemper erit liber maximè circa corpora. Et confirmatur, quia de ſententia Columnæ aduerſùs D. Thomam in loco cuiuſdam controuerſiæ retropoſitæ, quando negabat plures Angelos poſſe eſſe in eodem loco, quia ſunt Agentia totaliter perfecta firmum eſt argumentum; Angelis prò ſuà libertate poteſt agere remiſsè, igitur (exempli gratia, in ferendo pondus,) poteſt ſocium admittere, ac proinde niſi aliud afferatur fundamentum, nil prohibet plures eidem ineſſe loco, ſic eadem libertate vtendo poteſt circa corpus ſe non occupare.

De

CONTROVERSIA XLIX.

D. *Tho. 1.p.q.62. ar.3. putat Angelos in gratia gratum reddente creatos, quia Deus rebus naturalibus pro finis comparatione ſemen indidit, igitur & creaturis liberis; gratia verò pro finis ſupernaturalis adeptione eſt medium congruum, ſiue ſemen neceſſariũ.*

AEgid. 2. d. 4. q. 1. ar. 4. inanem illationem à naturalibus ad libera, & gratuita patefaciens, Angelos ſine præfata gratia creatos voluit; alioqui ſequeretur Luciferum ſuperbiæ peccato non cecidiſſe, quoniam gratiam illam ſuæ naturæ aditam, per quam meruiſſet, no uiſſet: Fauent. Alens. Bon. Riccar. Sco. Baſs. Vgo de Sancto Victore, Magiſter, Rupper. Argent. Marſ. Antiſiod. Gab.

CONCILIATIO.

IN affirmatione gratiæ, & negatione diſtinctionem non admittente plena conciliatio afferri nequit, nam quam dicunt aliqui habuiſſe Angelos gratis datam prò natura, & ſuperaditis non gratum facientem, eſt quidem vera diſtinctio, ad rem tamen non faciens, quia de gratum reddente diſceptatio eſt; nihil omnius dico D. Thomam in huius ſolutione inceſſiſſe ſecundùm viam munifici creantis Dei, &, magis Theologicam, cuius largitati non repugnabat gratiam vna cum natura creando infudiſſe, & habita ratione ſpecialis naturæ Angelicæ in ſimultate ſubſtantiæ, & operis conſtitutæ præter loca ſacræ ſcripturæ, & Patrum, quæ ſanè ſunt illi ſententiæ conſonantiora, & apertiora, vt vix ex eorum encomica exageratione de alia gratia, quam de gratum reddente interpretari poſſint, & ſine obſtinatione exponi, quiq; hanc ſententiam ſolum tanquam probabiliorem amplexatus eſt, oppoſitam tanquam probabilem, vt ex præſenti articulo, ſequenti, & ſexto q. 63. patere poteſt dimittendo; AEgidium ſecundùm viam congruentiæ, ordinem ſubiectæ naturæ, & vniuerſi conſtitutionem, qua ratione, ſubſtantia tempore, vel natura eſt accidente prior; ſubiectum ſuis affectionibus, anima habitibus. & potentijs, & abſolutè natura

gratiam

cū præſertim pluſquam genere inter ſe in entitate ſecernantur, & conſentaneum ſit naturam in ordine ad finem ſupernaturalem à gratia medio interuallo aliquo ſecerni, vt & gratia facta ab habentibus magis noſcatur, & gratior habeatur, qui in alio eſt ordo phyſicus. Ideò ait Doctor ſecundum ordinem rerum, quem videmus &c. tandem mens Fundamentarij haud diſſona conſpicitur in eo libello, quem ominum primus aduerſùs Doctores Pariſinos Angelici ſcripta comburere molientes, doctrinamq; labefactare conſpirantes pro eiuſdem tutamine integro in lucem edidit, quemq; Defenſorium inſcripſit, nam ibi art. 23. clarè habet ſententiam Diui Thomæ Antiquorum extitiſſe, & Magiſtrorum ſua tempeſtate approbatorum, nec non Diui Patris Auguſtini, quem omnes veri Theologi Auctorem habēt. Quare & ſi loquatur ad aures D. Thomæ, veram tamen fatetur aliamq; ſententiam proprio Marte tāquam probabilem ām plectitur. Sententiæ negatiuæ maximæ moleſtiæ eſt, argumentum vnum quod eſt tale, Angeli cadentes aliquid amiſerunt cadendo, vt colligitur ex loco illo vulgato Iſaiæ; Quomodo cecidiſti Lucifer, qui manè oriebaris ex Epiſt. Iudæ, Angelos qui non ſeruauerunt ſuum principatum, & Domicilium, ex Ioa: loco in veritate non ſtetit, at non amiſerunt naturalia tùm quia incoruptibilia, tū quia ex D. Dam. 4. de diuinis nom. angelis naturalia integra permanſerunt; non propriam ſpecificam perfectionem propter eandem rationem, non gratias gratis datas pro natura latiſſimè acceptas, aut pro naturæ ſuperaddito latè, & pro cognitione, & naturali amore, quia iſta etiam num illis cum perſeuerant, igitur amiſerunt gratiam gratum eos Deo reddentem. Reſpondeo tamen multipliciter fatendo Dęmones in Infernum detruſos aliquid amiſiſſè, Dico primo eos amiſiſſe locum & reſidentiam quam habebant in Cælo nomine Principatus, & Domicilij intellectam; Dico 2. amiſiſſe ſtatus ſui conditionem, quia Lucifer cum eſſet abſolutè primus, modo eſt primus in ſuo Regno ſtante primitate Angeli beati (quiſquis ſit ille.) Dico 3. amiſiſſe naturalia non abſolutè, ſed per infirmationem, & denigrationem

eorum,

eorum, prſertim intellectus, & voluntatis, quę non ita ferun tur in Deum vti prius cum delectatione actus naturalis, ex quo in parte amiſerunt gratias gratis datas pro in bonum propenſione ſumptas, ac naturæ innocentiam, & in Deum amicitiam. Dico 4. eos amiſiſſe gratiam gratum facientem, ſed ſiſte gradum, nam amiſerunt quam habuiſſent ſi ſtetiſſent in primo propoſito in Deum, non quam habuerunt in ſua conditione. Addo 5. eos amiſiſſe cadendo gloriam quam vnà cum alijs ſtatibus fuiſſent aſſecuti, ſicuti quis dicitur amittere AEpiſcopatum ob aliquod ſui demeritum, ei conferendum à ſuppetiori; ſic auctoritates vel Patrum, vel ſcripturæ interpretãdæ pro illius opinionis tutamine.

De Gloriæ conſecutione.

CONTROVERSIA I.

D. *Tho. 1. p. q. 62. ar. 4. Angelos gloriam prius tempore meruiſſe, quàm fuerint aſſecuti enunciat, nam meritum, & præmium in via ſimul pugnant.*

AEgid. 2. d. 5. q. ar. 2. Gloriam vnà cum gratia quoad infuſionem concedit, ſalua tamen naturæ ni temporis ex parte gratiæ in gloriam ſine cõtradictione prioritate. Argent. Bon. Ricc. Marſ. Alber. Mayon. D. Tho. quol. q. 9. 4. 2. d. 5. q. 2.

CONCILIATIO.

QVia præſens quæſtio eſt in anteceſſione temporis, & naturæ conſtituta, eam diſſoluere mihi viſum eſt diſtinctione illa alioqui ſatis fluctuoſa Caiet; meritum eſt duplex, puræ viæ vnum, temporis durationem præſeferens quod Angeli in primo inſtanti merendo habuerunt, quodq; termino omninò refragatur, eidemq; ad aures D. Thomę eſt incompoſſibile; in termino viæ alterum quod locum habet in ſecundo inſtanti, in quo cum naturæ prioritate fuit præmium Angelis, gloriaq; collata, hoc cum termino abſolutè non pugnat, eſtq; ſociabile iuxta quod Angeli in ſecundo ĩſtanti ſic meruerunt, & extra merendi,

merendi ſtatum per appoſitam gratiæ confirmationem ſunt tranſlati. Vnde Angeli in Deum per gratiam conuerſi meruerunt, fuitq; illis gloria ex Doctore ſimul infuſa. Quod ipſum ſine repugnantia in naturalibus mutationibus cernere eſt, quando ſubſtantiam generari, & generatam eſſe, illuminari, & illuminatum eſſe ſimul ſunt & ita de vtriuſq; Doctoris opinione duo dumtaxat inſtantia Angelica dantur, ſecus morula, ſi detur tertium in opinione Aquinatis, & quoniam Angeli in momento primo non meruerunt de op. Columnæ fit illos meritum ſolum termini uię habuiſſe, quod re diſtinguitur a præmio obiectiuo principali Deo, vt uana extent argumenta Recentiorũ ex hoc capite petita, & in natura ſubitanea Angelica.

De Angelorum via.

CONTROVERSIA LI.

D. Tho. q. citata, & 63. ar. 5. & 6. in eo totus eſt, vt inter creationem, & Angelorum lapſum ſi ſint in gratia creati moram neget, quoniam ſtatim poſt primum inſtans, in quo meruerunt beatitudinem fuerunt aſſecuti.

AEgid. 2. d. 5. ar. 3. morulam exoptat, nam inſtans de quo loquimur vnam Angelicam operationem præſefert, in qua prima Angelus in actu creatus, & ſuorum in naturalium contemplatione ad alia plenè intelligenda ſe vertere non potuit.

CONCILIATIO.

DE opinione D. Thomæ nulla lis erit, ſi dederimus (quod ipſe probabile exiſtimat) Angelos non fuiſſe in gratia creatos, vel quod in primo inſtanti arbitrij actum habere non potuerint. Secundo euaneſcit morula, ſi inter duo inſtantia interceptum tempus, vel inſtans aliquod fingat, remanet verò ſi operationis Angelorum durationem. Tertio bula eſt prò inſtanti temporis noſtri, vera pro progreſſione intellectuali, & voluntaria Angelorum ad obiecta. Nobis placet interuallulis tribus Angelorum viaticum fuiſſe concluſum in primo in gratia

 237

gratia creati meruerunt : in Secũdo boni continuauerunt meritum, mali mortificauerunt,in tertio iſti pœnam, illi gloriam ſunt aſſecuti. Adde etiam primum inſtans ſine gratia, quę dabilis eſt in ſecundo. Sed ſi gratia gloriã tempore pręceſſit de opinione D. Tho. quomodo inter creationẽ,&lapſum excluditur morula? Quia non datur tertium inſtans viam Angelicã complens quod morã infert,ex quo vana apparet ſententia tria concedentium&contra Doctorem Sanctũ in hoc, & ineo quod duo tantum inſtãtia aperte fatetur;colligitur inſuper equiuocè morulam à præfactis Doctorib. acceptam fuiſſe.

De Angelorum facultate peccandi.

CONTROVERSIA LII.

D. Tho. allegata quæſtione ar. 5. in primo inſtanti Angelos potuiſſe peccare non conſentit, operatio namq; quæ incipit cum eſſe rei eius Auctori tribuitur, quare ſi peccaſſent, culpa in Deum conditorem contorta videretur.

AEgid. 2. d. 3. q. 1, ar. 2. conuenit de concluſione, diſcrepat de fundamento, rationem etenim illam in agentibus à natura, non ex arbitrio, & inſtantaneis efficacitatem habere explanat. Idcircò dicendũ in puncto illo peccare non potuiſſe, quia ab actuali intellectione cum actus voluntatis præuentione deſiſtere non valuerũt, ſiue quia actio illa prima fuit quaſi merè naturalis.

CONCILIATIO.

IN hac difficultate parum abeſt quin prò Subtiliſſimo, & Gregorio ſentiam, viget.n. ineſterminabiliter ratio illa, quod Angeli in illo priori erant eſſentialiter liberi,& cũ integra naturæ facultate ab aliquo extrinſeco minimè præpediti; Et in actu primo conſtituti, ex qua peccandi facultàs promitur, & vana omnino videtur ad hoc Thomiſtica ſolutio, qua data hypoteſi, peccatum in Deum Auctorem refundunt, tùm quia aliud eſt rationi præfactæ formaliter reſpondere, aliud incommodum aſſignare, tum quia propoſitio illa, ſuper qua fundatur illo-

eſſe rei tribuitur eius Auctori, à quo habet eſſe. Primo. n. huic ſatisfecit ſoluendo Ægidius, veritatem ſcilicet nanciſci in Agen tibus à natura, non ex libertate, ſicuti ſunt Angeli quo in ſenſu admittitur ſimile de igne generante & de thibia claudicante, at infirma eſt in Agente ex arbitrio, quia habet ſui actus dominium,& omnibus diſpoſitionibus requiſitis adhibitis ad huc poteſt non agere. Deindè quia in Theologorũ ſchola exploratiſſimum eſt, peccatum numquam cauſæ primę, & Deo quoad defectum fore tribuendum, ſed particulari agenti proximo, cui ſaltim partialiter ex limitatione Caietanica adſcribendum eſt, igitur illatio illa non eſt in Deum adęquatè retorquenda, qui neutiquam eſt culpæ capax. Quod ipſum confirmatur, quia prima operatio cum fuerit meritoria, Angelis non eſt omninò deneganda, cum interfuerit eorum conſenſus arbitrij, ſiue conuerſio, qua pręfati, vel ad gratiam ſuſcipiendam ſe diſpoſuiſſe afferant, licet meritũ omne vel principaliter (vt aſſerit D. Tho.) ſit ex Deo. Hinc ſi Angeli ad producendam actionem primam cuccurrere, quorſum ſi illa tortuoſa fuiſſet Auctori adſcribere? Neque rurſus cumquibuſdam Recentioribus dicere iuuat, non potuiſſe cadere ſuperas mentes in priori inſtanti, quia operatio, quæ incipit cum eſſe rei fit ſecundum propenſionem, ſiue naturę operantis diſpoſitionẽ in bonum, ſiue etiã ſecundum iudicium praticum, quod Angeli inereat abſolutiſſimum; nam vel mediocriter eruditis compertum eſſe poteſt, propenſionem in bonum, ſiuè inclinationem rectumq; iudicium cadendi facultatem nõ tollere, ſed ſolum potentiã ad benè operandum facilitare, quod tam eſt verum vt D. Tho. q. 62. ar. 5. & 3. ad ſecundum, in quo dicebatur ſi Angeli fuiſſent creati in gratia, peccare non potuiſſent ad verbum reſpondeat. Omnis forma inclinat ſuum ſubiectum ſecundum modum naturæ eius, modus autem naturalis intellectualis naturæ eſt vt liberè feratur in ea, quæ vuult,& ideò inclinatio gratiæ non imponit neceſſitatem, ſed habens gratiam, poteſt ea non uti, & peccare, igitur diſpoſitio non ſolum naturalis, ſed neq; etiam ſupernaturalis in Viatore locata peccandi impoſſibilitatem

non

238

non affert,igitur operatio prima fieri poteſt contra naturę inclinationem, & diſpoſitionem. Inſuper ſi dixerimus, in illo puncto Angelos peccare non potuiſſe, quia non habuerunt (vt quidam dicunt) primum velle à ſe, ſed à Deo, & illud velle non prò eſſe, aut potentia (quod certum eſt) ſupponat ſed prò operatione facultatis, tunc operationem illam primã ab Angelis non fuiſſe productam, illisq; propriam moleſtiæ eſt; Neq; magis tuti erimus dicendo fuiſſe productos actu intelligentes & volentes, nam præter inſitam libertatem eorum operationem primam licebit deſiderare. Minus cautè quoq; dictum illud Columnæ prolatum videtur, quo aſſerit operationem illam primam fuiſſe quidem periculoſam, à defectu tamen immunen, nam ſi factum illud periculum inuoluit, etiam peccandi poteſtatem, non. n. dicitur quiſpiam in periculo conſtitutus, ſi non niſi parti vni adhærere poteſt, vnde dicitur. Qui ſtat videat, ne cadat Sed qui voluerit huius ſolutionem Doctorem conſulat, perpendat, & hauriet. Quare poſt horum, & vtriuſq; partis animaduerſionem in hanc ſententiam deueni, vt dicerem, Angelos peccare potuiſſe pro actu primo, non pro ſecundo, primam particulam ſufficienter conficiunt argumenta affirmantium, quia in Angelis nihil deerat requiſitorum in illo priori ad operationem liberè edendam, nibil diminutum, nihil aditum in ſecundò inſtanti vt peccarent. Secunda verò ea potiſſimum Fundamentarij ratio, quia in priori puncto Angeli intelligentes, & volentes producti ex approximatione potentiarum ad propriam eſſentiam fuerunt in plena, & perfecta ſui, & creantis Dei intellectione, & quaſi naturali, libera tamen ſecundum complacentiam, quam operationem non anteceſſit voluntatis actus aliquis in prioritate naturæ facultatis intelligentis ad appetitiuam, propterea ſuperſtite inſtanti primo ad alia appetenda diuertere non potuerunt non remiſſa intellectio ne prima per ſuperuenientem voluntatis actum, & actualem conuerſionem ſuper ſpeciem extranea, vel alio modo diſtinctè cum præuia intellectus cognitione repreſentantem, quo dato ſpirabat primum inſtans pro operatione Angelica acceptum; idcircò non potuit in apprehenſione prima peccare, ſed ſolum

nium ex prima contemplatione ſe in laudem Dei non ſetum, quin potius ex qualitate ſuorum naturalium, vel ipſa perpetuo appetenda, vel ſupernaturalem felicitatem floci pendendo, cadendo ſuperbiuit, & hæc eſt ratio inſinuata, quando dicitur, non potuiſſe peccare, quia ſe mouere non potuit, ſine ſcilicet interemptione inſtantis primi per applicationem intellectus ſpecialem & voluntatis ſuper ſpeciem conuerſione, exquibus colligitur operationem illam Angelis fuiſſe propriam cum incluſione tamen Creantis primi, qui dicitur ex illorum tali conſtitutione eos intelligentes, & volentes produxiſſe. Quare ex ordine eſſentiæ ad potentias, potentiarum ad obiecta Angelos prò actu ſecundo cadere non potuiſſe deducitur, Diuum quoq; Tho. ego ſic interprætor, Omnis operatio, quæ incipit cum eſſe rei, ineſt ei ab Auctore, à quo habet eſſe, igitur Angeli peccare non potuerunt, probo illationem, quoniam ab agente indeficiente Deo (vt etiam eo loci inſinuat) creati fuerunt, & ab eo & eſſe, & operatio auſpicata eſt. Quod ſi inferatur; at ſi peccaſſent, culpa retorquenda eſſe in Auctorem, non admitto ſubſumptam conditionalem ſub Auctore expreſſè indeficiente, & propterea D. Tho. adhibuit diſcrimen de Agente, quod poſſit eſſe defectuoſum, defectum (vt patet de thibia) in Auctorem aſſerendo fore retorquendum, vt colligamus conditionalē illam ab alijs cōmuniter inſertam in præfata ratione non habere locum. Ideò cum operatio Anglica inceperit cum eſſe rei; quod à Deo ſumpſit exordium defectuoſa prima eſſe non valuit, iuxtà quod rectè intelligi poteſt eoſdem peccare non potuiſſe, quià non habuerunt primum velle à ſe, ſed à Deo, quorum conſenſione fuit operatio illa prima Angelorū.

De gratuita Angelorum cognitione.

CONTROVERSIA LIII.

D. *Tho. 1. p. q. 57. ar. 5. Angelos natura viribus myſteria gratiæ cognoſcere potuiſſe, ex eo inficiatur, quia illa naturæ facultatem excedunt.*

AEgid.

Ægid. Theoremate de Corpore Chriſti prop. 19. oppoſitum inſinuare auſus eſt, nam Corpus Chriſti inter ſacratiſsima Oſtia dimenſiones non impeditos Angelos apertè videre habet, & conſimilia alibi, pro hac ſtat quoq; Doctor ſubt.

CONCILIATIO.

MYſteria gratiæ latent naturaliter Angelos, ſi talia ſecundũ ſubſtantiam, & entitatem extiterint; ſunt conſpicua eiſdemq; euidentia, ſi ſolum ratione modi quemadmodum oculus reſtitutus. Secundò adderem poſſe cognoſcere talia etiam primi generis quantum ad ſi eſt, non intrinſecè, & quiditatiuè, quia ſic facultatem noſtram intelligendi ſecundùm ſe excedunt.

De Luciferi peccato.

CONTROVERSIA LIIII.

D. *Tho. 1. p. q. 36. ar. 3. iuxta quorundam placitum inclinat Luciferum peccaſſe affectando quieſcere in proprijs naturalibus, quæ illi mirum in modum placuiſſe credendum eſt, quodq; maximæ ſuperbiæ eſt.*

Ægid. 2. d. 5. q. 1. ar. 1. & 2. præfatam opinionem abſolutè non repudians, ei tamen magis accedit, quæ habet, Luciferum cecidiſſe eam ob rationem, quia petijt per naturam Beatitudinem ſupernaturalem, quia non poterat eſſe neſcius ſe in naturali propria perenniter quieſcere non poſſe.

CONCILIATIO.

PRimam formalitatem, & poſitionem, quæ (& ſi minus) placet Ægidio ſectando, alia conciliatione, vel diſtinctione non eſt opus, in quò ſuperbiæ peccato Luciferum fuiſſe prolapſum certum eſt. Adde neq; hanc ab Angelico abſolutè repudiari. Quando in dubium vocatur an Lucifer cum Sco. luxuriæ peccato ceciderit; & an Deitatem per eſſentiam appetere quiuerit, Reſpondere placet, methaphoricè non propriè ſenſu carentem luxurię peccato corruiſse, & deſiderio inefficaci, ſiue

tate ad Deitatem eſſentialiter anhelare potuiſſe,ex quo cocordia.

De ſtatu Angelorum meritorio.

CONTROVERSIA LV.

D. Tho. 1. p. quaſtionibus iam allegatis, Angelos meruiſſe non ſolum ſibi perſuaſit, verum etiam in primo ſuæ conditionis inſtanti; in quo omnes Angeli in Deum erecti per appoſitam gratiam meruerunt.

AEgid. 2. d. 5. q. 1. ar. 5. Angelos ſine gratia creatos publicans in primo ſui exordio non meruiſſe cogitur dicere, & quia merendo poſtremam fælicitatem aſſecuti fuiſſent.

CONCILIATIO.

PRo concilio quid afferam non habeo, cum de merito Angelorum diſceptatio inſtituatur, quod ex libero arbitrio non ſimpliciter, aut etiam ex partè aliqua pendet, ſed gratia per ſuſo, à qua omne meritum; ſolum itaque dicam, quod ſi Angeli fuere in gratia gratum reddente de opinione Angelici creati; & habuerunt arbitrij vſum in illo priori ſuę creationis meruerunt in Deum ſupernaturalem euecti; minimè ſi illa vſuq; caruerunt de Fundamẽtarij placito; Nõ ſum neſcius quoſdam de Thomiſtarum familia eruditos ſcripſiſſe Angelos non propriè meruiſſe in inſtanti priori, ſed in ſecũdo potius. Sed de hoc reſpõſo nil penſi habeo, tùm quia ad rem non facit cum ſine gratia, nullum poſſit ſurgere meritum quam non damus in illo interual lulo Angelis, tum quia vel in doctrina D. Tho. eſt apertè falſum, qui meritum viæ in eo puncto fatetur, & in ſecundo clauſa fuit merendi via, illique in termino conſtituti.

De

240

De formali peccato Luciferi.

CONTROVERSIA LVI.

D. *Tho.ſup.q.ar.1. ad quartum, Luciferum per inaduertentiam prolapſum circumſtantias omnes, vel non apponendo, vel non aduertendo meditatus eſt.*

AEgid. 2.d.5.q.1.ar.2. Diabolum veluti neſcientem, ignorantẽ, eligentem, ſcienter, intellectuq; obcæcatum cecidiſſe, quod & quomodo non erat eligendum eligendo, aut etiam diuinam præordinationẽ de modo aſſequendæ ſupernaturalis Beatitudinis præueniendo commemorat.

CONCILIATIO.

SI quando neſcientiam cum inaduertentia confundere libuerit, & inaduertentiam non merè negatiuam, ſed poſitiuam, aut voluntariò admixtam accipere tullerit animus, ſedata erit omnis litis occaſio, nam voluit ſponte ſe in Dei iudicijs iudicandis affectu intromittere, gloriam ſic affectando, quam ex Dei reuelatione expectare debuiſset Lucifer.

De Dæmonum obſtinatione.

CONTROVERSIA LVII.

D. *Tho.1.p.q.64.ar.2. obſtinationis Dæmonum cauſam eam piſcatur, vt dicat, non eſſe aliam, quàm naturalem obiecti apprehenſi adhæſionem, quod namq; cum pleno iudicio ſemel ſic apprehenderunt, inadmiſſibiliter apprehendunt.*

AEgid.2.d 7.q.1.ar.2. aliam viam longè philoſophatus eſt, Dæmones videlicet pænitentiam agere non poſſe, & in Deum ſe conuertere, quoniam Deus ob culpæ illorum forte grauitatem cum illorũ arbitrio auxilio ſpeciali non concurrere ad conuerſionẽ & pænitẽtiã conſtituit.

CON-

R'Atio obſtinationis Dæmonum in malo peti poteſt ab intrinſeco, hoc eſt ex naturali cõſtitutione Angelorum, ea aũt eſt, vt quod ſemel deliberatè, & cum pleno iudicio aprehenderunt inad miſſibiliter apprehẽderint, pertinatiuſq; cum D. Tho. retineãt; Ab extrinſeco ex cauſa prima vniuerſali Deo, ſine cuius cõcurſu nil proficere, aut tentare valent in opere gratiæ, ſicut neque in Naturæ fabrica quidquam moliri poſſe nouit philoſophus, & tunc ſubtractioni diuini auxilij, & ſpecialis concurſus, hoc eſt acceptum referendum cum Aegidio.

De cognitione ſingularium.

CONTROVERSIA LVIII.

D. *Tho. 1. p. q. 14. ar. 2. Deum ſingularia cognoſcere ex eo aſſerit, quod formã, & materiam indiuiduationis principia cauſando cognoſcit, ex quibus coaleſcunt vnitis.*

Aegid. 1. d. 36. q. 1. aliquid amplius in quæſtione deſiderat, quoniam cognoſcere ſingulare formaliter eſt cognoſcere illud ſecundum actualem exiſtentiam, quam extra ſuas cauſas nanciſcitur, quod cognitioni diuinæ acceſsionem videtur inducere.

CONCILIATIO.

HÆc eſt ſolum fundamenti diuerſitas, nam ex eo quod Deus eſt ipſum eſſe, cui identificatur operatio præſertim intellectualis immanens omnia noſſe infertur, ac perinde ſine noua acceſſione ipſum ſingulare, vt ſingulare ſub vniuerſali contentum, cum Deus rerum in eſſe progreſſum minimè expectet cuncta vnico intuitu intuendo.

De qualitate ſcientiæ Dei.

CONTROVERSIA LXI.

D. *Tho. 1. p. q. 14. ar. 15. ſcientiam Dei varietate ſpoliat, ex eo quod eſt ipſamet eius ſubſtantia ſecundum ſe, & ratione me-*

241

dij diuina eſſentia permutationi non eſt obnoxia.

AEgid. d. 30. q. 2. ſuprapoſitum fundamentum laudat, non tamen tanquam integrè quæſito ſatisfaciens ob continuum rerum fluxum cum perpetua ſcientia conſtantia.

CONCILIATIO.

DIfferentia tãtum eſt inter præfatos Aſſertores, quia is in variabilitatem ſcientiæ Dei ex parte rei cognitæ præſertim ſingularis clariùs aperit, non fieri ſcilicet variationem aliquam in Dei ſcientia propter rerum inconſtantiam, quia natura Dei, cui identificatur eius actio ab eius eſſe, vt in nobis non elongatur, vel ob agentium ſecundum illorum eſſe diuerſitantem.

De non entium cognitione.

CONTROVERSIA LX.

D. *Tho. 1. p. q. 14. ar. 9. de rer. q. 2. ar. 8. Deum cognoſcere non entia profert quatenus in ſe, in ſuis cauſis, ſeù etiam in cognoſcente modo aliquo eſſe habent.*

AEgid. d. 38. q. 1. tanquam non integram cauſam præſens pronunciatum amplectitur, vndè eò recurrit, vt dicat Deum vnico ſimplici intuitu tam præſentia, quàm futura ſine rerum exiſtentia, aut pendentia vniuerſa proſpicere.

CONCILIATIO.

QVemadmodum in ſuperioribus quoad rem in idem veniũt, ita non putat, quæ diſtinguit Angelicus, Oppoſitor neceſſaria prò quæſtionis ſolutione, cum tamẽ minimè ſint ſuperuacanea, imo maximè vtilia, vnde poſterioris fundamentum ex altiori Dei natura modoq; intelligendi omnia abſorbente eius eſſe identificante depromptum eſt; Hic modum Dei cognoſcentis: Ille etiam rerum cognitarum reſpexit.

CONTROVERSIA LXI.

D. *Tho. 1. p. q. 95. ar. 1. 2. d. 29. q. 1. ar. 2. Adam tantum tribuit, vt eum cum gratia gratum reddente conditum à Deo contendat, cuius beneficio triplex regulata ſubiectio in eo orta eſt, rationis in Deum virium inferiorum in rationem, corporis erga animam.*

AEgid 2. d. 29. q. 1. ar. 2. non tamen eum fecit, ſed ſolum cum quibusdam donis formatum, iuſtitia præſertim originali aſſeuerat, quæ ſententia Magiſtro auctore habebat vnde ſtaret, non vnde proficeret, hoc eſt mereretur.

CONCILIATIO.

TOllitur ab AEgidio præſens controuerſia dub. quinto quando queſtionis citatæ ſenſum Angelici in ſuam ſententiam exponit, Quamuis enim quidam magni (inquit) ſuper Sententijs ſcripſerint, Adamum fuiſſe in gratia creatum, nihilominus in Summa hoc ipſum tractantes nihil conficiunt aliud niſi Adam ſi fuiſſe iuſtitia Originali, quam gratiam vocant ornatum, per quam triplex illa ſubiectio inſurgebat, atq; rectitudo, iuxtà illud, Creauit Deus hominem rectum, quod Controuerſantis fundamentum videtur. Ideò in ſolutione principali à ſe non diſcrepare putat, tamet ſi in argumentorum ſolutione aliqualiter, & propterea obedientiam illam in Deum, & rectitudinem non naturalem, ſed gratuitam vocat Doctor Sanctus, quā ille dub quarto originis Iuſtitiæ fructum declarat, ex quo Aquinas ſolum carpi poſſet, quia quæſtionem aſſumptā ſub titulo, gratiæ terminat, quaſi de gratum reddente loquatur, cum tamen originalis iuſtitia in collatione ad illam minus propriè talis dicenda veniat. Ingenuè verò philoſophando duo breuiter profero: Vnum eſt, quod ſi rectitudo præfata hominem in finem Deum ſupernaturalem erigebat, id gratum reddenti eſt acceptum referendum, cuius eſt proprium munus, ſi verò ſolum in Deum naturæ auctorem extollebat iuſtitiæ originis tribuendum eſt; Alterum interpretationem illam ex magna fortè in

242

tè in Auctorem illum reuerentia fuiſſe profectam, quia fortaſsè tempeſtate ea ſententia allata plauſibilior erat, nam reuera D. Thomas aliter ſenſit, fuiſſe videlicet Adamum in gratia gratum reddente conditum, tum quia poſteriores omnes illam ſententiam concordes illi adſcripſerunt, tum quia hoc ſuadet argumentum ſed Cōtra factum, Angeli (inquit ille) fuerunt creati in gratia, igitur, & homo, quia eſt æqualis ratio de ambobus, atqui antecedens ſupponit pro gratia iuſtificante quemadmodum loco ſuo viſum, & ab Auctore aſſertum eſt, igitur & conſequens, alioquin per æquiuocationem foret commiſſa, quod neutiquam eſt aſſerendum, ſi in antecedenti vnum ſuppoſuiſſet, alterum in conſequenti collegiſſet. Hinc ſolum dicere valemus, Adamum fuiſſe in gratia conditum in ampliori ſignificatione pro gratuito, & naturæ ſuperaddito dono. Niſi quis dixerit, eatenus D. Tho. ad originalem iuſtitiam eo loci diuertiſſe, quatenus vna eſt alterius comes, vel etiam ſimul identificatur. Rurſus locum ab argumento ſed Cōtra ſumptū parum officere, quoniam ſæpè ſolubilia argumenta ſunt, communia, & ad contradicendum apposita.

De gratia Adami.

CONTROVERSIA LXII.

D. Tho. locis citatis (vt quidquam exiſtimant) gratiam gratum facientem ad Iuſtitiam originalem ita ſe habere opinatus eſt, vt vna ab altera re non ſecerneretur, & ideo de vna traducens argumentum, de altera quoq; interpretabilis eſt.

AEgid. ita putat Adamum originis iuſtitia fuiſſe inſignitum, vt gratiā omnino neget, quare in entitate ſecernatur fateri cogimur.

CONCILIATIO.

IVſtitia, & Gratia ſubiectiuè totaliter quoad animam in idem venire poſſunt, quo pacto materia, & priuatio dicuntur vnū numero, non ſimpliciter quoad illorum naturas; quantum verò ad Angelicum attinet, eius non eſt ita conſpicua hac de re intē-

detur, & q.4, de malo ar.2. Iuſtitiam Gratiam includere inſinua re, quod autem ad alterius radices ſe habet, illudue quoquomo do includit, diuerſum eſſe debuit.

De cognitione mali.

CONTROVERSIA LXIII.

D. *Tho. 1.p.q.14.ar.10. methodum perſcribens, qua Deus mala cognoſcat, eam tradidit, vt dixerit; Deum mala cognoſcere per ſpeciem, vel per bonum creatum ei oppoſitum, nam malum eſt boni priuatio, eiq; opponitur.*

AEgid. 1.d.36.q.2. à præfata ſent. declinans, in eam iuit, vt per bonum increatum, vel diuinã eſſentiam, cui refragatur noſceretur.

CONCILIATIO.

NOn deſunt Recentiorum, qui dicant approbandam ſententiam D. Thomę, ſi ſermo ſit de obiecto ſecundario diuinæ ſcientiæ. Ægidii quoq; ſi de obiecto primo diuina eſſentia in qua malum noſcatur; Quæ cõciliatio vix difficultatem euadit, cum de obiecto ſecundario, nedum de primario diſſenſio inter Aſſertores exiſtat, vt apud ipſos legere eſt, Idcirco dicimus ſecundo, præfatam ſententiam mediatè, niſi immediatè veritatem continere, malum etenim bono increato ſaltim interuentu creati opponitur, quamuis vnum finitum infinitum alterum ſtatuatur, quia ad oppoſitionem non requiritur adæquatio propter quod & immediatè malum diuinæ eſſentiæ opponi poſſet, quæ non ſolum cauſæ vniuerſalis eorum, quæ ſunt, ſed etiam particularis in cauſandi munere ex Doctore noſtro vices gerit, ea ratione, qua cũ de generatione entia creata diuinam eſſentiam, aut Ideam, & cum diſtinctione imitantur, vt Doctor probat. Dicimus tertiò malum, & vitium opponi bono increato eodem Auctore bifariam contingere, vel lædendo quod negatur, vel ab eo recedendo, & tanquam à prima regula, & arte diſcedendo, quod in oppoſitione ad illud omninò aſſeritur.

243

aſſeritur. Quare ſi malum per oppoſitum noſci debet,& bonum increatum ei modis præfatis opponitur ,ità à Deo cognobile eſt. Tandem addere viſum eſt, ſententiam ſecundi Proferentis de potentia Dei magis, quam primi, qui de facto, & regulariter forè intelligendam, cum nullam, inuoluat contradictionem etc. Amplius aſſertio communis magis ſecundum principia Peripateticorum eſt vt Deus ſolum mediate ſe habeat, & cognoſcendo bono proximo creato vtatur, altera eleuatior, ut quæ cauſationem vel proximam ex contrarietate, ſiue oppoſitione mali ad diuinam eſſentiam faciat.

De eſſentia charitatis.

CONTROVERSIA LXIV.

D. *Tho. 1. d. 17. q. 2. an charitas ſit ſubſtantia, vel accidens exquirens, eo colore in cathegoria accidentis eam locat, quod aduenit enti in actu completo.*

AEgid. potius amat dicere, charitatis eſſentiam accidens eſſe, quia inter ſubſtantiam, & operationem ad Dei diſtinctionem, cuius eſſentia eſt actio intercipitur.

CONCILIATIO.

DE modo philoſophandi diſcrepant Auctores; quo circa in re modica modicè agens non mihi diſplicet Angelicum ad Peripateticorum regulas, & ad accidens naturæ; Romanum ad Theologorum axiomata, & ad accidens infuſum, cuiuſmodi eſt charitas reſpexiſſe, eiſquoq; fauendo, quia a ſubſtantia immediatè egredi actionem poſſe inficiatur. Quare ſi charitas in potentiam cadit ad producendam meritoriã operationem, entis in actu in ordine ad præiacentẽ animæ eſſentiã ſedem nõ effugit.

De actu meritorio.

CONTROVERSIA LXV.

D. *Tho. 1. d. 17. eademq. contrà ſent. Magiſtrum diſputationem inſtituens ad eliciendum dilectionis actum meritorium habitum*

ſtentiam locet.

AEgid. q. 1. partes Magiſtri, quem ſummoperè ſemper veneratus eſt ſuſcipiens, eum ab incommodis, & falſitate immunem exoptat liberare.

CONCILIATIO.

AMplectens Columna comunem veram ſententiam, habitus concedentem ad qualificatè operandum reuerentia ductus, nixus quoq; eſt Magiſtrum ab errore conſpicuo aliqualiter vendicare. Quare dico, Magiſtri opinionem ſecundum Thologorum decreta vera defendi non poſſe, quin ſit falſa, & pluſquam erronea, præſertim poſt quorũdã Cõciliorum celebrationem, quæ breuitatis cauſa omitto; ſecus ſi ſecundum rationes præciſe methaphiſicas expendatur quibus ex Spiritus Sancti aſſiſtentia ſatis occurri videtur.

De neceſsitate charitatis.

CONTROVERSIA LXVI.

D. *Tho. 22. q. 23. ar. 4. eiusdem Magiſtri poſitionem perpendens, quam 3. d. 27. edidit, quod videlicet non ſit neceſſaria charitas creata ad promendam actionem meritoriam, in eam ſic inuehitur, vt inferat euerti ex ea omne voluntarium, ac proinde meritũ cum data hyppoteſi aliunde, quàm à principio interno proficiſcatur.*

AEgid. 1. d 17. q. 1. ar. 2. ſicuti antea tanti viri defenſioni cùm ſtudet, tùm à Patrum, & Theologorum ſchola non diſcedit.

CONCILIATIO.

SVnt qui dicant poſitionem Magiſtri, qua charitatis habitum pro opere meriti haud neceſſarium putauit, in animę eſſentia ipſam gratiam includere habitualem, quòd ſi fateamur, ſolubiles apparent rationes ex humano ingenio aduerſus eam depromptæ, nam potentia operans gratia eleuari poteſt ad prædictum opus proferendum, & conceſſa Spiritus Sancti aſſiſtentia,

voluntas

voluntas ne dum eſt mota, verùm etiam mouens ad actionem, ex quo voluntarij, & meritorij ratio extincta non eſt, abſolutè tamen loquendo charitas creata in anima danda eſt, potentiam proximè ad operandum eleuans, ac exornans; vnde abijciatur oppoſita imaginatio pluſquam falſa. Dico ſecundò vtramq; allatam ſententiam cum Spiritus Sancti aſſiſtentia de potentia Dei quodãmodo probabilem eſſe, quo pacto quidam non denegant poſſe ſine lumine glorię quempiam à Deo ita eleuari, vt plenè fruatur, diſſimile verò eſt de facto, & lege ordinaria.

De charitatis auctione.

CONTROVERSIA LXVII.

D. Tho. 22. q. 24. ar. 4. & ſapè alibi charitatem ſecundùm eſſentiam augeri pro certò habet, formalitatem verò exprimit iuxta maiorem, & minorem in ſubiecto radicationem.

AEgid. 1. d. 17. par. 2. quol. 2. q. 14. philoſophi 8. met. 10. veſtigia ſectans, gradus in eſſentia formæ, vel accidentariæ, cum ſint ſicuti numeri inficiatur, cõcedit verò ipſam augeri ſecundũ gradus in eſſe.

CONCILIATIO.

EGo verò pręfatam diſſonantiam leuiori lance excurrẽs, quæ ad methaphiſicos propriè pertinet, duobus verbis mihi videor reſecare, aut potiùs concordare. Vnde dico gradus eſſentiæ alios eſſe ſpecificos, alios indiuiduos, ſiue alios eſſentiales, alios exiſtentiæ, tũc intelligo Aſſertorem primum de gradibus indiuiduis, & exiſtentiæ, non de ſpecificis, de quibus verus eſt ab Oppoſitore Ariſtotelis allegatus locus, eſſentia. n. vt eſſentia, ſiue ſpecies impartibilis eſt; neq; aliud Doctorem noſtrum intellexiſſe arbitror appellatione gradus in eſſe, quàm gradus ſupradictos exiſtentię eo maximè quod ambo conueniunt in redditione rationis explicando quomodo auctio illa fiat, ſecundùm maiorem videl. & minorem in ſubiecto radicationem, fixionem, & participationem, quos gradus quis non videat

rum eſt, quæſtio ſolum de nomine eſt.

De infinitate Charitatis.

CONTROVERSIA LXVIII.

D. *Tho. 22. 24. arb. triplici ratione charitatem in infinitum augeri poſſe enunciat. Prima ratio eſt, quia eius Auctor Deus eſt immenſa virtute præditus. Secunda, quia illa forma eſt Spiritus Sancti participatio. Tertia quia eius ſuſceptiuum in capacitate, & habilitate pro forma auctione ſuſcipienda valet excreſcere.*

Ægid. loco citato q. 4. & quol. 1. q. 18. adductas rationes conuellere molitur. Primò quia Deus immenſæ virtutis in operibus gratuitis agit ſecundùm termini præfixionem. Secundò quia charitas ſi eſt participata, limitata erit. Tertiò, quia ſic ſuſceptiuum non poſſet ſine diſsipatione continuè ampliari. Tandem ſequeretur nullum hominem, vel Chriſtum pro tota facultate expleri, cuius tamen charitas ſumma extitit.

CONCILIATIO.

QVia multa fractim dicta ſunt, eodem modo multa breuiter tamen reſoluendo dicemus. Primum igitur dicitur rationes D. Thomę ſumendas eſſe de poſſibili, de facto Ægidij. Secundo aliud eſt loqui de natura formę ſecundùm ſe, & gradus habẽtis, aliud ex Agentis præfinitione, qua ſtante charitas vlterius augeri nequit, ſed ſimpliciter, hoc eſt ante decretum voluntatis diuinę. Tertio ea infinitas ſecundùm quid, & ſincategorematicè, non abſolute ſumenda eſt. Quartò ſuſceptiuum & ſi de potentia naturæ ampliari nequeat, poteſt tamen de obedientiali. Quintò auctio intelligitur fieri penes gradus ſucceſſiuos, non penes ſpeciem, quæ diſſipetur. Sextò beatus non poteſt expleri in ordine ad potentiam diuinam, ſed ex ſui conditione. Poſtremo hæc charitas dicitur infinita non ſecundùm exceſſum, ſed ſecundum termini non attingentiam, Chriſti verò charitas fuit quidem ſumma, & ſumma poſſibilis, verùm de lege, non de potentia

tentia Dei abſoluta, ſecundùm quam augeri adhuc potuiſſet, cum illa nunquam exhauriatur, ex quo concordia in doctrina quoq; Doctoris Sancti hac de re haberi poteſt, varia & quaſi inter ſe pugnantia Proferentis.

De formatione Euæ.

CONTROVERSIA LXIX.

D. *Tho. 1.p.q.92.ar.3. corpus Euæ ex præciſa Adami coſta formatum non opinatur, nam illa per extenſionem rarefacta nimis fuiſſet, & non ſatis ad corpus illud integrè formandum, & ideò vel ex aliquo adito, vel ex noua concreatione fabricatum eſt.*

AEgid.t.2.d.18 q.1.ar.3. ſequens Magiſtrum cum Vgone oppoſitum amplectitur, & putat ex ſola coſta omnium matris corpus compaginatum fuiſſe.

CONCILIATIO.

ASſertum primum concedendum eſt dimeritum iuxtà vires naturæ, & ſecundarum cauſarum agendi modum, quæ ſine rarefactione quantitatem non comunicat Auctore Philoſopho quarto phyſicorum 84. Aſſertum quoq; ſecũdum à veritate non abhorret ſub potentia diuina, & modo agendi eius pronunciatum, cuius eſt non ſolum res paruas magna reddere, & magnas paruas efficere, ob quod materia in corpore illo per ſui innouationem, aut dimenſionum materiæ tranſmutationem ſine vlla rarefactione ſubſumitur verùm etiam ex nihilo (quod maius eſt) cuncta creaſſe, & ſine motu materiæ eſſentiam tangendo produxiſſe; Quare & ſi efformatio talis difficilis videatur, & naturæ curſu impoſſibilis, non tamen præpotenti Deo. Obſeruo quoq; particulam, quæ habetur in textu, qua dicitur, Tullit igitur Deus Coſtam, quam ædificauit in mulierem, nota ædificationem coſtę in mulierem, non mulierem ædificatam, quià videtur inſinuatio, qua coſta in illius formam ſuffecerit. Placet quoq; ſemel D. Patrem lib. 9. ſuper Gen. ad litterã cap. vltimo pro hac ſententia allegare, qui de corpore Adami verba

L faciens

ad ſe adducam coſtam mulierem ſuam, qua ſignificari videtur ex ſola viri coſta Euam fuiſſe formatã, ex quibus patet etiam inſtantiæ prioris ſolutio.

De Repreſentatione futurorum.

CONTROVERSIA LXX.

D. *Tho. 1. p. q. 57. ar. 3. ſpecies Angelicas, & præſentia, & præterita cum futuris repreſentare inſinuat, ob quod Angeli futurorum contingentium cognitionem haberent.*

Ægid. 2. d. 3. q. 2. dub. 2. d. q. q. 2. ar. 1. ſpecies repreſentando ad præſentia, præterita, & futura æqualiter ſe habere it inficias; repræſentant nanq; ſolum præſentia, & in actum progreſſa, qua repreſentatione propter illorum interminatum eſſe futura priuantur.

CONCILIATIO.

COnciliando enunciare valerem ad aures Alenſis, Durandi, Alberti, & quorumdam Iuniorum ſpecies repreſentare futura contingentia ex naturalibus cauſis pendentia, quæ certò agnoſcant Angeli, quia impedibiles, & impedientes cauſas naturales penetrare valent, minimè verò quæ ex libero arbitrio abſolutè proficiſcuntur, cum certitudine, & in ſe, & in ſua cauſa careant. Verumtamen, quia reſponſio hæc extra vtriuſq; Doctoris cancellos eſt, ea dimiſſa dico, quod ſi ſpecies Angelicæ ſecundùm ſe, aut ſecundùm eſſe ſignatum ſumptæ fuerint, dubio procul futura repreſentare eis non repugnat, ad repreſentandum namq; datę ſunt obiecta; Ceterùm in actu completo acceptæ, & cum relatione ad ea, quæ referant hoc nequaquam pręſtant, cum .n. cognitio per aſſimilationem fiat, quæ interponi debet inter rem cognoſcibilem, & ſpeciem, quaſi per realem habitudinem, extrema vtriuſq; partis extra ſuas cauſas ſint neceſſe eſt; vnde repreſentata cum ſpeciebus in exiſtentia conueniant, & ſecundùm actum oportet, quod potiſſimùm certum

eſt, ſi

246

eſt, ſi quando (vt in præſenti) ſingularium cognitio habenda fuerit, non ſimpliciter vniuerſalium, & rerum quantum ad eſſentiam, vt in humanis ſcientijs, quę per abſtractionem vniuerſalium ſunt; propterea D. Tho. dixit ſpecies quantum eſt de ſe æqualiter ſe habere ad præſentia, & futura, ſed non iſta æque ad illas, quæ ſucceſſu ſe habent, & AEgidius de cognitione Angelorum. q. 10. ad 8. Scriptum reliquit, Angelos ſpecies futurorum habere, & non habere; hoc actu, quia non exiſtunt futura, illud poteſtare, quia exiſtere valent; cuius Angeli munus præſertim Cuſtodis illuminare cum ſit, & repreſentare, vtinam orationes, & labores noſtros piētiſſimo Deo itâ repreſentet vt (quę eius erit pietas) audire mereamur. Ego obtuli orationem tuam Domino; & exaudita eſt deprecatio tua.

F I N I S.

Laus Deo, Deiparæ Virgini, Diuo Patri Auguſtino, Nicolao, & Guilelmo.

EXASTICON

ÆStiuos Phœbi ardores glacialibus vndis
Iungere quis poterit? quis ve Noto Boream?

Tu tamen Aduerſas præclare Guilelme Sophorum
Coniungis mentes, ſcriptaq; concilias.

Sed quid non virtus? quid non virtutis alumnus?
Et quid Palladium non valet ingenium?

Angeli Portenarij Patauini.

Index Controuerſiarum.

VTRVM.

Theologica ſit ſcientia.
Sit ſcientia ſubalterna. 1.
Sit vna ſcientia. 2.
Sit ſcientia neceſſaria. 3.
Sit ſcientia ſpeculatiua. 4.
Deus ſub ratione abſoluta ſit illius ſubiectum. 5.
Spiritus Sanctus de ſentẽtia Scripturarũ procedat à Filio. 6.
Deum eſſe ſit per ſe notum. 9.
Filius ſit de ſubſtantia Patris. 10.
Pater, & Filius ſpirent in quantum plures. 12.
Potentia generandi ſit in Filio. 13.
Proceſſiones diuinæ inter ſe diſtinguantur. 14.
Filius Dei ſit omnipotens. 15.
Pater, & Filius ſint vnus ſpirator. 16.
Diuinę proprietates ſint tres. 17.
Diuinę perſonę conſtituantur relationibus. 17.
Relationes diuinę ſint quatuor, res tres. 18.
Abſtractis perſonalitatibus remaneant hypoſtaſes. 24.
Prouidentia Dei ſit neceſſariò finis. 26.
Prędeſtinatio ſit actus intellectus. 27.
Liber vitę ſit prædeſtinatione prior. 28.
Electio ſaluandorum ſit facta cum naturę diuerſitate. 30.
Detur cauſa prædeſtinationis ex parte prædeſtinati. 31.
Perſona ſignificet ſubſtantiam an relationem. 32.
36.

Poten-

Potentia Dei ſit infinita. 37
Materia prima habeat Ideam in Deo. 37
Beatitudo ſit formaliter Intellectus. 38
Deus ab ęterno fuerit vbique. 39
Cęlum Empireum radios emittat. 40
AEuum ſit vnum, an plura. 42
AEuum ſit in primo Angelo beato. 43
Viſio beatifica menſuretur ęuo. 43
Plures Angeli poſſint eſſe ſub eadem ſpetie. 44
Angeli ſint in loco per operationem. 45
Plures Angeli poſſint eſſe in eodem loco. 49
Angelus maiorem locum aſcendere ſemper poſſit. 47
Angelus poſſit eſſe in loco indiuiſibili. 48
Angelus quo ſuperior eò paucioribus ſpeciebus intelligat. 46
Angelus primus per vnam tantum ſpetiem intelligat. 50
Angeli Superiores plura intelligant quam inferiores. 50
Angelus poſſit intelligere plura ſimul. 51
Angelus certò cognoſcat futura contingentia. 52
Angelus poſſit intelligere ſecreta cordis. 53
Angelus vnus alium illuminet. 56
Angeli ſimul loquantur. 56
Dæmones pęnis Inferni torqueantur. 57
Angelus alterius locutionem audiat. 58
Angelus poſſit ab extremo ad extremum ſine medio pertranſire. 59
Angeli fuerint in gratia creati. 61
Angeli ſimul gratiam, & gloriam habuerint. 63
Angeli Viatores moram habuerint. 64

Angeli

Angeli potuerint in primo inſtanti peccare. 65
Angeli noſcant myſteria gratiæ. 68
Lucifer peccando naturaliter voluerit eſſe beatus 69
Angeli in primo momento meruerint. 70
Lucifer peccauerit per inaduertentiam. 71
Dæmones ſint naturaliter in malo obſtinati. 71
Deus cognoſcat ſingularia. 72
Scientia Dei ſit inuariabilis. 73
Deus cognoſcat non entia. 73
Adam fuerit creatus in gratia. 74
Gratia, & iuſtitia originis ſint re idem. 75
Deus cognoſcat mala. 76
Caritas ſit ſubſtantia. 77
Caritas ad actum meritorium requiratur. 78
Caritas habitualis pro eodem ſit neceſſaria. 79
Caritas augeatur ſecundum eſſentiam. 79
Caritas augeatur in infinitum. 80
Eua ex pura Adę coſta fuerit formata. 81
Species Angelicæ futura præſentent. 82

F I N I S.

248

PATAVII,
Typis Laurentij Paſquati, Impreſſoris
Cameralis. 1614.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Superiorum Permiſsu.